



008 do Anse 90 100

300

... ad remissionem ...
 ... quia gratulatur ...
 ... ad remissionem ...
 ... quia gratulatur ...

¶ **Q**uia igitur sacris mistis
 ... honorare in ignoscatur ...
 ... in ecclesia ...
 ... in expensis ...
 ... in ecclesia ...
¶ **Q**uia igitur **deponitur**
 ... in ecclesia ...
¶ **Q**uia igitur **remissio**

... tui. ad remissionem ...
 ... que negligenter est omnia ...
 ... ut in ...
 ... sibi ...
 ... phas remissiones ...
 ... tem. redimat ...
 ... ut ualeat remissionem ...
 ... in unione ...
 ... quae non ualeant ad remissionem ...
 ... nam ut sibi dicitur ...

...
 ...
 ...
 ...





ENCHIRIDION LO
corū cōmuniū aduersus
Lutheranos. Ioanne
Eckio autore.

Ephe. 6
In omnibus sumentes scutū fi-
dei, in quo possitis oīa tela ne-
quissimi ignea extinguere.

Ab autore iā quarto recogni-
tum & tribus locis auctum,
& a pluribus mendis Cal-
cographi emunctū.

TVBINGAE.

TABELLA LOCORUM
communium.

- 1 De Ecclesia & eius autoritate
- 2 De Concilijs
- 3 De Primatu sedis apostolicæ
- 4 De Scripturis
- 5 De Fide & operibus
- 6 De Confirmatione
- 7 De Ordine
- 8 De Confessione
- 9 De Eucharistia sub utraq; specie
- 10 De Matrimonio
- 11 De Extrema unctiōe
- 12 De Humanis constitutionibus.
- 13 De Festis, Ieiunijs &c.
- 14 De Veneratione sanctorum
- 15 De Imaginibus sanctorum
- 16 De Missæ sacrificio
- 17 De Votis
- 18 De cœlibatu clericorum.
- 19 De Cardinalibus & Legatis
- 20 De Excommunicationibus
- 21 De bello in Thuras
- 22 De Immunitate & diuicijs eccle.
- 23 De Indulgentijs
- 24 De Purgatorio
- 25 De Annatis
- 26 De Hæreticis comburendis *bo. Karthw
Lorchw*
- 27 Non disputandum cum Hæreticis

Auctarium.

- 28 Sub eucharistia esse corpus Christi
29 De Pueris baptisandis
30 De Libero arbitrio. *no fuerit multa*

Ex libris serenissimi regis Anglię Henrici 8
Ioannis Roffensis Episcopi. Marcelli Cor
cirensis Episcopi. Ioannis Fabri Constan
tensis. Hieronymi Emseri. Ioannis Co
clei. Ambrosij Catharini. Casparis Scha
tzger Bartholomei Vsingij. Augustini
Alueldij, & aliorum Catholicorum.

AA 2

INVICTISSIMO PRINCIPI ET
domino D. Henrico, 8. Franciæ & An-
gliaë regi, Hybernias domino, fidei Ca-
tholicę defensori, domino suo clemen-
tissimo. Ioannes Eckius para-
tissima offert obsequia.

Immortali efferunt præconio Rex Augu-
stissimæ, Christianissimi imperatores, q̄
periclitanti subuenere, ac pacem dedere
ecclesiæ. Quemadmodū diui imperatores
Constantinus magnus Syluestro, Gratia-
nus & Theodosius Damaso, Marcianus Le-
one, Phocas Gregorio magno, Carolus ma-
gnus Adriano, & nouissime Sigismundus
Martino 5. Rom. ecclesiæ præsentibus,
perturbatū ecclesiæ statum ad tranquillita-
tis portum perduxere. Supplicant deo hu-
milibus precibus omnes fideles ecclesiæ fi-
lij, ut in tanta omniū rerum calamitate, libe-
ratorem ac pacificatorem destinare digne-
tur, qui sublatis Christianorū principū bel-
lis cruentissimis, extirpatis pestiferis hære-
sibus Hostis fidei nostræ Thurcarū Cæsa-
ris incursiones & impetus cohibeat, Et Grę-
ciam, Asiam & Aphricam Christo & eccle-
siæ restituat. Quod etsi Lutherani aliqui sub-
uersi, ut impune hereticarent, mallent Thur-
cam canem illum, habere dominū, quā no-
bilissimū & diuū Cæsarem Carolū Ro. Im-
pera. Et Hispaniarū regem catholicū. Lon-

ge tamen alia mens est & sanior catholicis,
qui omnia bona præcant Cæsari, & ea quæ
memorauimus, ab eo expectant potissimū
Ma. T. opera adiuto & consilio. Et sane oēs
nobis persuademus, nec te ecclesiæ nec cæ-
sari defuturum, cum animum tuum uere ca-
tholicū, in profligenda hæresi Ludderana,
eruditissimis scriptis tuis, declaraueris, ut
haud immerito pontifex & Cardineus sena-
tus (etiam si insaniat Ludder) titulū perpe-
tuū, Catholicæ fidei defensorē, regibus An-
glia detulerint, unde tradito mihi Leonis
papæ 10. iussu. M. T. libro, adeo miris mo-
dis ad te obseruandū ac suspiciendū exarsi,
ut quibusuis obsequijs tuam gratiā deme-
reri sim paratissimus. Auxerunt huius in te
obseruantia animū, Reuerendus Pater Io-
annes clerici episcopus, & uir ille incōpara-
bilis, Richardus Paceus M. a T. apud Se. ap-
oratores quem & orbī christiano, ædita cō-
tra Ludderū apologia. Ma. T. testatus sum.
Et dum locos cōmunes aduersus hæretico-
rū uesaniā ædere statuissem, & has minu-
tias regi opti. max. dedicare non sum ueri-
tus. Dominus Iesus saluator & redemptor
noster per suam misericordiam uelit Ma. T
nobis incolumem conseruare, ad sanctæ &
catholicæ fidei defensionē ac exaltationē.
Bene ualeat & triumphet Ma. T. Rex inui-
ctissime. Ingolstadtñ Baioariæ Kalen. Febru-
arij. M. D. XXV. AA 3

DE ECCLESIA ET

eius autoritate

*I caput
continet quatuor propositiones
propositio prima
includit*



Ecclesia est corpus
Christi, sponsa Christi,
regnum cœlorū. Paulus. Omnia subiecit
sub pedibus eius, & ipsum dedit caput
super omnem ecclesiam, quæ est corpus

Eph. 1.

Eph. 4

Ecclesia
corpus

ipsius, & plenitudo eius, qui oīa in oībus adimplet. Digne ambuletis uocatione qua uocati estis cū omni humilitate & mansuetudine cū patientia supportātes inuicē in charitate, solliciti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Vnū corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocatōis uestræ. Vnus dñs, una fides, unū baptisma, Vnus deus & pater omniū, qui est super omnes.

Canti. 6

Vna

Canti. 4

Eph. 5

Vna est columba mea, perfecta mea, una est
matri suæ, electa genitrici suæ. Ortus cōclusus
soror mea sponsa, ortus conclusus
fons signatus.

Sponsa

Mulieres uiris suis subditæ sint sicut dño, quoniā uir caput est mulieris, sicut Christus caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius, sed sicut ecclesia subiecta ē Christo, ita & mulieres uiris suis in oībus. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiā,

EIVS AVTORITATE I

& seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aque in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, nō habentem maculā aut rugā aut aliqd huiusmodi, sed ut sit sancta & imaculata De Hierusalē, sicut sponsā ornatā uiro suo.

Vos autē estis corpus Christi, & membra de membro. Sic ergo una est ecclesia, nō est foris & intus sicut una fuit archa Noe. 1. Petri 3. quæ fuit figura unius ecclesiæ, extra illam unam signatam, nemo saluat̄ sicut homines extra archam perierunt. Non est digamus Christus, una est ecclesia apostolorū & nostra. Ante Ludderum natū, erat ecclesia, quæ credidit missam sacrificiū, septē sacramenta &c, illa fuit sponsa Christi. Itaq; iam maneamus cū eadem ecclesia & nō iungamur ecclesiæ malignantiū. Christus quia diligit ecclesiam sponsam suam, non eā reliquit nec D. nec M. annis, etenim caput quomodo desereret suum corpus tanto tempore, Cum synagogam minus dilectā ob peccata 70. dumtaxat annis reliquerit in captiuitate corporea Babylonis, quomodo suā sponsam ecclesiam relinqueret M. annis in captiuitate errorum.

Simile est regnū cœlorū hoī patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam.

Apoc. 21

1. Cor. 12

Rom. 12

1. Pet. 3

Mat. 20



DE ECCLESIA ET

Mat. 22 Simile factū est regnum cœlorum homi-
ni regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit ser-
uos suos uocare inuitatos ad nuptias.

Mat. 25 Tunc simile erit regnum cœlorū decē uir-
ginibus, quæ accipientes lampades exierūt
obuiam sponso & sponsæ, quinque autē ex eis
erant fatuæ.

Mat. 13 Multas similes parabolas inuenies.

Corollariū. Si ergo regnū cœlorum hic dicit ecclesia
quomodo in regno illo error & falsitas re-
gnasset M. annis, regnū cœlorum est regnū
ueritatis, patet deū semper exire usque ad ue-
speram, ad conducendū operarios, contra
credunt Ludderani neminē conductū a M.
annis, nisi eorū Idolon Ludderum. Patet ec-
clesiam hic in uia esse collectam ex bonis &
malis, quia Christus clare dicit, ibi esse uir-
gines prudentes & fatuas, pisces bonos &
malos. Vide Gregorium in home.

Ecclesia Ecclesia non errat, non modo, quia sem-
nō errat. per habet sponsum Christū, sed etiam quia
1. Tim. 3 regitur magisterio spiritus sancti.

Ioan. 16 Ecclesia dei uiui columna & firmamentū
ueritatis. Quomodo ergo erraret.

Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nō
potestis portare modo, cum autē uenerit ille
spiritus ueritatis docebit uos omnem ueri-
tatem. Hic oportet post euangeliū. Ludde-
ranus ostendat nobis magisterium spiritus

EIVS AVTORITATE I.

sancti hic promissum in ecclesia.

Et non necesse habetis, ut aliquis doceat 1. Ioan. 2
uos, sed sicut unctio eius docet uos de oī-
bus, & uerū est, & nō est mendaciū. Itaq; un-
ctio sancti spiritus semper docet ecclesiam.

Et ecce ego uobiscū sum omnibus die- Mat. 28
bus usq; ad consummationem seculi, dixit
Christus discipulis, qui est uia ueritas, & ui-
ta. Liquec ecclesiam columnam ueritatis,
Christo ductore, & spiritu sancto magistro
non errare, quanto minus credibile, quod
mille annis uniuersa ecclesia errarit, ut insa-
niunt Lutterani.

*ppa
Lutteran*
Sicut ecclesia est una, ita unitas est in ec- 1. Cor. 1
clesia. Obsecro aut uos fratres p̄ nomē do-
mini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis
omnes, & non sint in uobis scysmata, sitis
aut perfecti in eodem sensu, & in eadē scien-
tia. Ludderani noua scysmata faciunt, & tā
sibi quā alijs repugnant, ut iam dissectus est
Carlstadius & Egranus & Ludder & Zuuin-
glius & rebaptisatores.

*ppu
Lutteran*
Non enim dissentionis est deus, sed pa- 1. Cor. 14
cis, sicut & in omnibus ecclesijs sanctorum
doceo, potius itaq; ueram intelligentiā scri-
pturæ credendū est deum inspirare concor-
di unitati ecclesiæ, quam uni priuato homi-
ni Luddero uel Zuuinglio, aut Osiandro.
in oratione ad deum, Omnipotens sempi Ecclesia

DE ECCLESIA ET

terne deus, cuius spiritu totū corpus eccle-
siae sanctificatur & regit̄.

Hiere. 2

Duo mala fecit populus meus, me dereli-
querunt fontem aquae uiuae, & foderūt sibi
cisternas dissipatas, quae cōtinere nō ualent
aqua. Sic Ludderani relinquentes uerū &
uiuū fontem ecclesiae, fodiunt cisternas dissi-
patas hæreticorū V uikleff, Hufs, Albigen-
sium &c. Frustra deus misit filiū, frustra spi-
ritum sanctū, frustra apostolos, martyres,
doctores, confessores. Si per Ludderū solū
lux ueritatis aperienda erat, cur deus non

3. Regū. 8

repræsentatiue patet. Conuertitq; rex faciē
suam & benedixit omni ecclesiae Israel, oīs
enim ecclesia Israel stabat &c, ecce ecclesia
Israel, & qd solum fuerit representatiua li-
quet per iniciū huius ca. Tunc congregati
sunt oēs maiores natu Israel cum principi-
bus tribuū & duces familiarū filiorū Israel
ad regem Salomonem &c.

Obijciunt Hæretici.

- 1 Maior est autoritas scripturæ, quā eccle-
siae, nā ecclesia debet regi secundū scriptu-
rā. Verbum enim domini nemini cædit.
- 2 Non licet ecclesiae aut ulli homini uenire
contra scripturam.

EIVS AVTORITATE I

Illud non dicit determinasse ecclesia, qđ 3
Papa cū Cardinalibus & Episcopis deter-
minat, quia ecclesia est congregatio omniū
fidelium & cōnexio in uera fide, ex qua ui-
uit iustus.

Ecclesia dei solū est in spiritu, quia credit 4
& ita occulta.

Ludder dicit se esse de ecclesia, & credit a- 5
pud se ecclesiam, ubi ipse sit ecclesiastes, sic
Zuuinglius, Carlstadius, Pillicanis, Stople-
rus, Hiebmeir, Pacimontanus &c

Diluuntur obiecta.

Christus nō scripsit aliquē librum, nec p̄ De pri
cepit discipulis uel apostolis ad scribendū, mo
at de ecclesia multa præcepit, unde missu-
rus apostolos ad plantandā ecclesiam, non Mat. 28
dixit, Euntes scribite, sed euntes in mundū
uniuersum, prædicate Euangeliū omni crea-
turæ. Ideo lex fuit scripta in lapideis tabu- 2. Cor. 3
lis, Euangeliū in cordibus. Quoniā episto-
la estis Christi ministrata a nobis & scripta
non atramento, sed spiritu dei uiui, nō in ta-
bulis lapideis, sed in tabulis cordis carnali-
bus. Concordat Hiere. 31

Ecclesia est antiquior scriptura, quando 2
enim apostoli inceperunt prædicare, nulla
erat scriptura Euangelij, nulla epistola pau-
li, & tamen erat ecclesia Christi sanguine de-
dicata.

DE ECCLESIA ET

Act. 1
act. 6. & 5
3 Sic apostoli sine scriptura noui testamen-
ti elegerunt Matthiam, ordinarunt septem
diaconos, Petrus fecit expirare Ananiam
& Saphiram. Cū apostoli tā diligentes fue-
rint in uerbo dei seminando, & tamen pau-
cissima reperiuntur ab eis scripta, consecra-
riū est multo plura eos docuisse, quam scri-
psisse, quæ parem cum scriptis habent au-
toritatem.

4 Scriptura non est autentica sine auctori-
tate ecclesiæ, scriptores enim canonici sunt
membra ecclesiæ.

5
Achilles
p catho-
licis
Vnde hæretico uolenti contendere con-
tra ecclesiæ instituta & cōsuetudines, obij-
ciatur quibus armis uelit contendere cōtra
ecclesiam. Dicturus est canonicis scripturis
quatuor euangeliorū ac Paulinis epistolis
huic mox obijciat unde sciat has scripturas
esse canonicas, nisi ex ecclesia, quare enim
credit euangeliū Marci, qui Christū non ui-
dit, esse canonicū, & non euangeliū Nicode-
mi, qui uidit & audiuit Christū, ut testatur
Ioannes. Sic cur euangeliū Lucæ discipuli
est receptū, & euangelium Bartholomei a-
postoli est reiectum, nisi humiliter confitea-
ris ecclesiæ autoritatem cum beato Augu.
id quod Ludder aliquando docuit ecclesiā
posse iudicare de scripturis.

Vide re-
gē anglicę

Augustinus, Euangelio non credere, nisi

EIVS AVTORITATE. I

autoritas ecclesiae me comoueret. In epistola fundamenti plura inferius de scriptura uide.

Scriptura docet, Memento ut diem sabbati sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo aut die sabbatum domini dei tui est &c. & tamen ecclesia mutauit sabbatum in dominicam autoritate sua, super quo nullam habes scripturam.

Christus dixit discipulis in monte. Non ueni soluere legem, sed adimplere, & tamen ecclesia apostolorum in primo concilio pronunciatu audacter super cessatione legaliū.

Matth. ultimo dixit Christus discipulis. Euntes ergo docete omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quaecumque mandauimus uobis. Hic Christus dedit formam baptisandi in nomine trinitatis explicite, & tamen ecclesia primatiua mutauit hanc formam baptisandi in nomine Christi Iesu. Poenitentiam agite inquit Petrus, & baptisetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum uestrorum. Et auditis baptisati sunt in nomine domini Iesu.

Scriptura diffinit in concilio. Visum est spiritui sancto & nobis &c. ut abstineatis uos ab imolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, rem tam clare diffinitam & ex

De secun

do

Exo. 20

Mat. 5

2

Act. 15

Mat. 28

3

Act. 2

Act. 19

Act. 15



DE ECCLESIA ET

pressā, ecclesia sua autoritate mutauit, quia
& sanguine & suffocato utitur. Ecce pote-
stas ecclesiæ super scriptura. Vide infra de
constitutionibus humanis.

Vide Co Porro si plus uiuere uis secundū scriptu-
cleum de ras, quam secundū auctoritatem ecclesiæ, iā
autōrita- omnes Iudei uenientes ad baptisma ad le-
te ecclesię gem Moysi tenerentur, quia sic reperiet in
A^{ct.} 21 scripturis apostolos & alios conuersos ui-
xisse. Paulo a gentibus reuertenti, dixerūt
Iacobus & seniores. Vide frater quod mil-
lia sunt in Iudæis, qui crediderunt & oēs e-
mulatores sunt legis. Audierunt autē de te,
quia discessionem doceas a Moyse eorū, qui
per gentes sunt Iudæorū dicens, nō debere
eos circūcidere filios suos, neq; secundū cō-
suetudinē ingredi. Quid ergo est? Vtiq; o-
portet conuenire multitudinē, audient enī
te superuenisse, hoc ergo fac, qd tibi dici-
mus. Sunt nobis uiri quatuor, uotū haben-
tes super se, his assumptis sanctifica te cū il-
lis, & impende in illis, ut radant capita & sci-
ent omnes, quia quæ de te audierunt, falsa
sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem,
de his autē qui crediderunt ex gentibus, nos
scripsimus iudicantes, ut abstineant se ab I-
dolis imolato & sanguine, suffocato & for-
nicatione, hic Paulus, cū multis milibus ser-
uauit legem iussu S. Iacobi, uis igitur Iud-

EIVS AVTORITATE I.

edere conuersum ex Iudæis hodie, magis ui-
uere secundū scripturas illas, an secundū ec-
clesiæ autoritatem.

Fatemur ecclesiam esse omnium fidelium **De tertio**
congregationē, quia sunt de corpore Chri-
sti, at quando primates & potiores alicuius
prouinciæ aliquid statuunt tota prouincia
dicitur statuisse, Sic prælati ecclesiæ dicun-
tur ecclesia, quia representant eam, & subdi-
tos suos, Alioquin nunquā congregari pos-
set ecclesia, Et **Mat. 18.** Quod si te non audie-
rit, dic ecclesiæ, quod si ecclesiam non au-
dierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.
Si quis uellet dicere ecclesiæ secundū Lud-
derū, oporteret perambulare totū orbem.
Chrysostronus exponit, Ecclesiæ p̄sulibus
scilicet ac p̄sidentibus, patet quia mox apo-
stolis tanquā prælatis dat potestatem ligandi.
Deut. 17. Si difficile & ambiguum apud te iu-
diciū esse prospexeris inter sanguinē & san-
guinem, causam & causam, lepram & non
lepram, & iudiciū inter portas tuas uide-
ris uerba uariari, surge & ascende ad locum
quem elegerit dominus deus tuus ueniesq;
ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudi-
cem qui fuerit illo tempore, queresq; ab eis,
qui indicabunt tibi iudicij ueritatem, & fa-
cies quodcūq; dixerint, qui præsunt loco
quē elegerit dominus, & docuerint te iuxta

Mat. 18

Deut. 17

DE ECCLESIA ET

legem eius, sequerisq; sententiam eorū, nec
declinabis ad dextram neq; ad sinistram.
Qui autē superbierit nolens obedire sacerdo-
tis imperio, qui eo tempore ministrat do-
mino deo tuo ex decreto iudicis moriet̄ ho-
mo ille, & auferes malū de Israhel, cunctus-
q; populus audiens timebit, ut nullus dein-
ceps intumescat superbia. Vide potestatem
sacerdotis legalis, quanta putas potestas sit
sacerdotis euangelici, & pœnam expende
inobedientis.

Act. 15

Facta seditione nō minima Paulo & Bar-
nabæ aduersus illos statuerunt, ut ascende-
rent Paulus & Barnabas, & quidam aliī ex
alijs ad apostolos & presbyteros in Hieru-
salem super hac questione. Ecce quomodo
impleuerunt illud Deut. 17. & quæ erat eccle-
sia, non tota congregatio, sed ascenderunt
ad apostolos & presbyteros, qui repræsen-
tabant ecclesiam.

De quar-
to.

Mat. 18

Si ecclesia est occulta, quō Christus præ-
cepit dicendū ecclesiæ, & si ecclesiam nō au-
dierit &c. Si autē esset occulta, quid posset ei
dici, aut quomodo audiri. Similiter ecclesia
est corpus Christi, & Christiani membra.
Ro. 12. 1. Cor. 10. 1. Cor. 12. Ephe. 1. Ephe. 5.
& Colo. 1. Dicat Ludderus, an illi fuerint oc-
culti, & solum mathematicè ecclesia quādo
dixit Paulus. Vos autē estis corpus Christi,

*cy & gūmū ruz
alo nō fūre
m 7 tūndepir
ecclesie ynd
oan 29 p. r.
ur pānū vni.
cye ecclesie
pān a dū yrac
salomone cr.
ipa vgnū
nō spolūm
nō 2 ecclesie
alchm pārcm
yph. qm. de ecclesie
ad dū dū*

*ecclesie dei que ē ramūsi 2 hō 11 dūmō eccle
1 hō 17 gōla 1 hō 3 p. sūmū sū ecclesie dei
quide p. totam iudeam 7 galilæa 7 samaria
mō 12 mō p. herodes mōmū v
o c. m. 2 dō p. m. sū. ad ecclesie
ad dū dū*

pp. h. k.



EIVS AVTORITATE I.

& membra de membro. Hæreticorū est habere criptas, speluncas & latebras, ecclesia ponit lucernā super candelabrū. **Monstrat Luc. ii** tibi ecclesia in cōcilijs, in sede apostolica, in episcopis & præpositis singularū ecclesiarum. Nam si solum mathematica esset ecclesia, frater Pauli non haberet laudem per oēs **2. Cor. 8** ecclesias.

Quod dicit Ludder, dixerunt omnes hæretici, Ideo Augustinus inuehit contra Donatistas, qui uniuersalē ecclesiam, coartare uolebāt ad angulum paucorū hæreticorū. **De quin-**

Plura uide apud Ioannē Cocleū de autoritate ecclesiæ & apud Roffensem.

DE CONCILIIS II.

ppapina prima Quia ecclesiæ autoritas, plurimū pollet in concilijs, iusto ordine, iam de concilijs acturi sumus.

Surrexerunt quidam de hæresi phariseorum, qui crediderunt dicentes, quia oportet circūcidi eos, præcipue quoq; seruare legem Moyse. Conueneruntq; apostoli & seniores uidere de uerbo hoc, & infra ponit decisio. Visum est spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere uobis oneris quam hæc necessaria, ut abstineatis uos ab imolatis symulacrorū & sanguine & suffo-

BB

amb colli
dei
nra
v
ecclesia

DE CON

1
2
3
4
5
eato & fornicatione a quibus custodientes
uos bene agetis. Ecce concilij apostolici for
mam. Apostoli & seniores cōuenerunt, Gē
tes nō se opposuerunt apostolis, sicut mo
do Ludder cōcilijs, qua autoritate, qua scri
ptura id facitis? cur adimitis nobis liberta
tem a Christo datā? nametsi in deliberan
do citauerint Amos 9, tamen quo ad probi
bitionem illorū trium, nihil induxerunt si
militer in decisione nullam adduxerunt scri
pturam. Antiochia quoq; recipit conclusa
Hierosolymis, Ludder respuit cōclusa Ro
mæ. Patet conciliū habuisse potestātē statu
endi aliqua esse necessaria pro illo tpe, quæ
tñ ad fidem simpliciter nō essent necessaria,
cur nō eadem potestas esset nunc in eccle
sia, quando necessitas sepe exigit? Idē Chri
stus, idem spiritus, eadē fides, cur non ex qua
conciliorum potestas?

Mat. 18

Iterū dico uobis, quia si duo ex uobis cō
fenserint super terrā, de omni re quācūq; pe
tierint, fiet illis a patre meo qui in cœlis est,
ubi enim sunt duo uel tres congregati in no
mine meo, ibi sum in medio eorū.

Nullus potest cōuinci euidentius, nō au
dijisse ecclesiam quā si cōciliū non audierit.
Nusquā maior consensus quā in concilio.
Nullibi congregat plus in nomine domini,
quā in concilijs generalibus.

CILII S II.

Cōuocātes aut̄ duodecī multitudinē &c. Act. 6

Tollat̄ conciliorū autoritas, & oīa in ec-
clesia erunt ambigua, dubia, pendentia, in-
certa, nam oēs mox redibunt hæreses, cōci-
liorū autoritate, damnatæ, quod si scriptur-
is contra eos pugnabis, iam seclusa autori-
tate ecclesiæ reñcient scripturam quam uo-
lent, sicut modo Ludder reñcit epistolā S.
Iacobi, quia aduersat̄ sibi, similiter Macha-
beos &c. Et olim hæretici non acceptarūt
quatuor illa euangelia, Sicut Manichei reie-
cerunt uetus testamentū. Res miseranda p-
fecto, Si illud hæreticorum esset uerum, tūc
enim occurrente aliquo dubio in fide, non
esset tua decidendi illud, sed quilibet iuxta
prudentiā capitis sui, declinaret in illam uel
aliam partem, quomodo ergo Christus nō
sufficienter prouidisset ecclesiæ suæ per le-
gem euangelicam, quæ tamē debet esse per-
fectissima.

Augustin^{ix}
Augustinus ad Ianua. Illa quæ nō scripta
sed tradita custodimus, quæ quidem toto
orbe terrarum obseruantur, datur intelligi,
uel ab ipsis apostolis uel plenarijs concilijs
(quorum est in ecclesia saluberrima autori-
tas) commendata atq; statuta retineri, unde
hæc, quia ita sint facienda, disputare, insolē-
tissimæ insanix est. Lutterani ergo insolē-
tes sunt & insani.

D E C O N

Augusti. Augustinus lib. 7. cōtra Donatistas assumit sanctam ecclesiā catholicam, cōtra Donatistas autoritate plenarij cōcilij munitā. Et libro. 1. ca. 18. plenarium conciliū existimat consensionem totius ecclesiæ.

Ecclesia repræsentatiua. Maiores ecclesiæ sicut sunt in concilio re-
præsentant totam ecclesiā. Patet primo in Exodo sepissime, & sume exēpli causa, Exodi 19. quando deus uoluit dare legem Moyse, præcepit ei. Hęc dices domui Iacob & annuntiabis filijs Israel &c. Et tamen postea de moyse dicit. Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi exposuit oēs sermones &c. Et licet solū seniores populi responderint, cū quibus loquebat̃ Moyses, tamen subdit textus. Responditq; omnis populus simul &c. q̃ non erat omnis populus nisi repræsentatiue.

Obijciunt Hæretici.

- 1 In concilio sunt homines, quare fallunt sepe & fallunt, cum oīs homo sit mendax.
- 2 Deprensū est concil. ū Carthaginense sub sancto uiro Cypriano cū 80. episcopis de re baptisandis hæreticis errasse.
- 3 Sicut conciliū Ariminense plenariū DC. Episcoporū errauit cū Arrio. Et Ephesinū secundū cum Eutycete & Dioscoro. Et Cōstantinopol. tanū sub Constantino Imp. de tollendis imaginibus.

*propter
Arrio
ordo*

CILIIIS II.

Et concilia etiã generalia unanimiter sus-
cepta uaria determinarunt. Etiã in his quæ
credenda proponuntur, ut cõcilium Con-
stantiense de primatu Papæ contra concili-
um Nicenum & Aphricanum.

Obijciunt Layci.

A Ludderanis male persuasi, cum Layci
sint de ecclesia, & non minus agatur de salu-
te animarum illorũ, quã cleri. Itaq; conueni-
at eos interesse.

Diluuntur obiecta.

Fatemur eos qui in concilio cõueniunt, de prima
esse homines, at in concilio generali legitti-
mo reguntur ductore spiritu sancto, qui eos
falli non sinit. Nã & Paulus & Ioannes, Esa-
ias & Daudid fuerunt homines, adhuc Pau-
lus ad Gala, inquit. Si angelus de cœlo ali-
ud euangelisauerit, anathema sit. Scripto-
res itaq; canonici infallibiliter scripserunt,
qui fuerunt homines, Sic patres in cõcilijs.

Conciliũ illud Carthaginense nõ fuit ple-
narium sed particulare, ut ostendit Augu-
stinus contra Donatistas, particularia autẽ
concilia poterunt errare, & reformantur per
generalia Augu lib. 2. contra donatistas Et
ipsa concilia quæ per singulas regiones uel
prouincias fiunt, plenariorũ conciliorum
autoritati quæ fiunt ex uniuerso orbe Chri-
stiano, sine ullis ambigibus cedere, cũ expe-
rimento rerũ aperit.

BB 3

DE CON-

De tertio

Ariminen. conciliabulū fuit, nō conciliū, necq; legitime congregatū, inuito enim Liberio coactū fuit hæreticorū opera, contra cōciliū Nicænū Thauro p̄fecto pro Arrianis iussu imperatoris precibus & minis instante. Et simplices episcopi occidentales fuerunt seducti fucis hæreticorū, quos postea intelligentes, retractarunt cōclusa Arimini. Sic & Ephesinū conciliabulū in quo hæreticus præfedit Dioscorus, nō fuit legitime congregatū, nolentibus legatis Papæ iniquū locum accedere, & damnatū fuit per Calcedonense conciliū. Sic impius imperator Constantinus repugnante pontifice cōciliabulum Constantinianū collegit, quod postea Nicæno concilio secundo sub Hierene imperatrice damnatū est, unde & Carlstadius, Zuvinglius, Hertzman, Baldasar, Hiebmaioris ex Fridberg in hoc Luttero repugnantes damnati sunt.

**De imagi-
nibus**

De quar.

Concilia plenaria, quæ mores & regimē concernunt ecclesiasticum, pro qualitate & conditione temporū, personarū &c. absq; fidei præiudicio uarie determinarunt, at cōcilia generalia legitima in credendis, se nō destruxerunt. Sic intelligatur August. priora concilia plenaria posterioribus emendari. Conciliū aut Aphricanū & Nicenū non aduersari Constan. Vide de Papatu infra.

CILII II.

Layci possunt interesse cōcilijs, ut testes, De quin.
ut defensores, ut cōsiliarij, ut suggestores ut
executores, tñ a Christo nato, nunquā ha-
buerunt uocē diffinitiuā in concilio Act. 15. Act. 15
statuerunt ut ascenderent Paulus & Barna-
bas, & quidam aliij ex alijs ad apostolos &
presbyteros in Hierusalem super hac que-
stione, & quæ sequuntur. Ecce ad clerū ascē-
derunt, non ad laycos, & nulla fit laycorum
mentio in eodem concilio.

In concilio 8. actione 4. principes iussū in-
terrogare dixerunt. Vt obsecundantes uer-
bo uestro, ex præceptione uestra interroga-
bimus eos, non per potestatem nostrā, po-
restas enim hæc uestra est.

Basiliius imperator de laycis inquit. Quā-
quam non sit datum istis secundum cano-
nem dicendi quicquam penitus de ecclesia
sticis causis, opus enim hoc pontificum est
& sacerdotum.

Zozomenes refert. Dum Valentinianus Sedulius
per Thraciam ad Romam properaret, nūc
episcopi Hellepontii Bithiniæ legatū mise-
runt Hipatianū Heracliaæ præsulem, quate-
nus dignaretur ad emendationem dogma-
tis interesse. Respondit, mihi quidem, cum
minimus de populo sim, phas non est talia
perscrutari.

Verum sacerdotes quibus hæc cura est

D E C O N

Ambro. apud semetipsos congregentur ubicūq; uo-
luerint. Ambrosius ad Valentinianū cōtra
Auxentium, Si scripturarū seriem diuinarū
uel ueterum tempora retractemus, quis est
qui abnuat in causa fidei episcopos solere
de Christianis imperatoribus, non impera-
tores de episcopis iudicare.

Martian. Martianus imperator in Calcidonensi cō-
cilio ad synodū dixit. Nos ad conseruandā
fidem, nō ad potentiam ostendendam, exē-
plo gloriosissimi principis Constantini, sy-
nodo interesse uolumus, ut inuenta uerita-
te, non ultra multitudo prauis doctrinis at-
tracta, discordet. Et iterum. Sunt quædam
certa capitula quæ bonorū respectu, uestræ
reseruamus sanctitati congruū rati regulari-
ter a uobis ista, synodali disponi cōsilio, po-
tius quam nostris legibus statui.

**Basilius
impera.**

Basilius impe. in fine concilij octauī. De
uobis autē laycis, tam qui in dignitatibus, q̄
qui absolute cōuersamini, quid amplius di-
cam non habeo, quā quod nullo modo uo-
bis licet de ecclesiasticis causis sermonē mo-
uere, neq; penitus resistere integritati eccle-
siæ & uniuersali synodo aduersari. Hæc enī
inuestigare & querere patriarcharū, ponti-
ficum, & sacerdotū est, qui regiminis officij
um fortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluen-
di, & ligandi potestatem habent, qui eccle-

C I L I I S II.

asticas & cœlestes adepti sunt clauēs. Nō nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, uel a ligamento solui egemus. Quantæcunq; enim religionis & sapientiæ laycus existat, uel etiam si uniuersa uirtute interius polleat, denec laycus est, ouis uocari non desinet &c. Quæ ergo uobis ratio est in ordine ouium constitutis. Pastores uerborum subtilitatem discutiendi, & ea quæ supernos sunt quærendi & ambiendi habent. Oportet nos ergo cum timore & fide sincera hos audire, & facies eorum uereri, cū sint ministri dei omnipotentis, & huius formam possideant, & nihil amplius quā ea quæ nostri ordinis sunt requirere. Hinc populus remittebat a Christo ad faciendum non ea, quæ principes, reges, tetrarchæ aut nobiles dicerent, sed quæ scribe & pharisæi sedentes super cathedram Moyse, dixerint uobis, seruate & facite. Summa itaq; est sacræ scripturæ, Ecclesiæ & conciliorum concordia. Mat. 23

DE PRIMATU SEDIS

autoritas
tibi & magis
uobis & magis
prima
hinc
apostolicæ & Petri III.
Quia summa autoritas interius sit apud ecclesiam, quā cōtemplamur in cōcilijs & in sede apostolica. Cōuenit ut Roma. pontificis & Petri primatum firme-
mus breuibus.

BB 5

DE PRIMATV SEDIS APO-

Mat. 16

Post confessionē Petri, Iesus dicit ei. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelavit tibi, sed pater meus qui in cœlis est, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam & tibi dabo clauēs regni cœlorū, & quodcūq; ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcūq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis, patet quomodo signate uoluit personā S. Petri, quia posuit nomen antiquum Simon, nomen nouum Petrus, nomen patris Bariona, & demonstrat proprie. Tu es, & super hanc per hanc petram exponit Hieronymus, id est sup te & tibi dabo clauēs &c.

Et per illa uerba promissum Petro primatum testantur sancti patres & super Petro ædificandam ecclesiam.

Cyprianus libro 4. epistolarū ad Pupianum & libro 1. ad Cornelium.

Origenes homilia sexta super Mattheum.
Hierony. li. 1. contra Pelagianos & super Matthe. 16

Ambrosius sermone 47

Augusti. contra epistolam Donati.

Chrysostronus super Mattheum

Hylarius super Mattheum

Leo in sermo. 3. de anniuersario die suæ

STOLICAE ET PETRI III.

assump.

Gregorius in moralibus & in registro ad
Mauriciū August.

Cyrillus libro 2. ca. 12. super Ioannem.

Conciliū Calcedonense octauū, Nicolai
papæ. Vide nostro li. 1. de primatu Petri.

Potestatem quam promisit Christus Petro
dedit post resurrectionē. Dixit Simoni Pe-
tro Iesus. Simon Ioannis diligis me plus ihs
dicit ei. Etiam domine, tu scis quia amo te,
dicit ei, pasce agnos meos, quod & tertio
reperiit, pasce oues meas. Hic soli Petro in
præsentia aliorum apostolorum commisit
oues ut principi apostolorum, nam pascere
in sacris litteris significat regere, & pasto-
res dicuntur reges Ezechielis 34. Esa. 44. &
56. Hier. 2. & 22. Psal. 22.

Ioan, 21

*de primatu
in petri
reprobato
vita petri
sciat*
Datum primatum Petro per illa uerba te-
stantur Cyprianus de simplicitate prælato-
rum. Hierony. in sermone de Petro ad Eu-
stochium. Ambrosi. in sermone de pœni-
tentia & de fide Petri. Chrysoft. super Ioan-
nem, & Home. 80. de pœnitentia. Augu-
stinus in q. Noui & Veteri testamen. q. 75.
Leo in sermone de assensione domini. Gre-
gorius in homi. Marci. 16. & epistola ad
Ciria. Bernardus sermo. 3. de septem pani-
bus. Beda in homi.

*Scriptura
mutatur
de primatu petri*
Primatus Petri probatur ex multis alijs

DE PRIMATV SEDIS APO-

Luc. 22

Scripturis Lucæ 22. Simon ecce Sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticū, ego autē rogauī pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, cōfirma fratres tuos. Vide, pro Petro rogat præ ceteris, & duo petit. Indefectibilitatem fidei, & potestatem cōfirmandi fideles. Sic Augustinus Chrysoft. Leo, Cyrillus & Beda capiunt.

Mat. 17

Mat. 17. dixit Christus Petro. Vade ad mare & mitte hamū, & eum piscē, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies statherem, illū sumens, da eis pro me & te, patet Christū pluribus discipulis præsentibus, solū Petrum sibi æquasse in solutione tributī. Ita intelligit Hierony. Augu. Chrysofto. Origenes, Ambrosius. Matth. 10. Mar. 3. Luc. 6. ubi describit apostolorum cōstitutio ab omnibus, Petrus ut caput nominatur primo quod pro eius primatu expendit Hiero. Chryso. Ioan. 21. solus Petrus super aqua maris ad Christum peruenit. Signū singularis pontificij ait Bernardus de consideratione ad Eugeniū Lucæ 5. Et si discipulis alijs imperat ut laxent rætia, soli tamen Petro dicitur, duc in altum, ponderat sanctus Ambrosius.

De sanctis patribus iam audiuius, oēs Petro tribuere primatū a domino, primo pmissum, dein post resurrectionē exhibitū su

STOLICAE ET PETRI III.

per tota ecclesia. Addat tamen prioribus.
Dionysius ca. 3. de diuinis noibus. Athana-
sius in epistolis ad Marcū, Liberium & Fœ-
licem, in quibus abunde probat primatum
Papæ Eusebius Cæsariensis li. 2. ca. 14. eccle-
siasticæ historiæ. August. tracta. 56. super
Ioan. li. 2. contra Donatistas &c. Lactantius
libro 7. Institū. diuinarū. Paulinus de S Fœ-
lice. Anshelmus ad Urbanū papam. Va-
lentinianus, Marcianus, Phoca, Iustinianus
Imperatores, sub titū. de summa trinitate &
fide catholi. Quæ omnia latissime astruxi-
mus tribus libris de primatu Petri ad Leo-
nem decimū, & multa rara inuenies in ma-
gno opere contra Ludderum, Ioan. Fabri Ioan. 21
archiducalis consiliarij.

*Ratio
afferitur
in
lib. 2.* Ratio suadet, quia fuit summus sacerdos
in uete. lege, cuius autoritas audita fuit ex
ca. 17. Deutero. Et regimen monarchicū est
optimū, & talis ordo est in ecclesia trium-
phante, & sicut pulchre inducit Nazianze-
nus, Moyses in dubijs prouidisset suæ spon-
sæ ecclesiæ. Grego. li. 21. moraliū. Omnes
homines natura æquales genuit, sed ratio-
ne meritorū ordine, alios alijs occulta di-
spensatione postposuit, ipsa uero diuersitas
quæ accessit ex una, diuino dispensat iudi-
cio ut quoniam omnis homo iter uitę non
graditur, alter ab altero rogatur. Desiderat.

DE PRIMATV SEDIS APO

forte hæreticus, ecclesiã militantem nõ habere caput ministeriale, & fiat in ecclesia qd scribit ludicum 17, & 21. In illis diebus non erat rex in Israel, sed unusquisq, quod sibi bonum uidebatur, sic faciebat.

Obijciunt Hæretici.

1 Petro nõ promisit nec dedit Christus claues p persona sua, sed quia gerebat personã ecclesiæ. Si super Petro hoie est ædificata ecclesia, iã portæ inferorũ pualuerunt cõtra eum in uoce unius ancillæ, & quottidie præualent successoribus suis peccatoribus.

2
3 Et cũ super petra sit ecclesia ædificata, petra aut erat Christus 1. Cor. 3. nõ poterit referri in Petrũ, & fundamētũ aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est

4 Primitiua ecclesia apostolorũ non fuisset ecclesia, cũ Petrus 18. anno post Christũ passum fuerit adhuc in Hierusalem, ubi erat tũc Romana ecclesia

5 Petrus nunquã fuit Romæ

6 Petrus est membrum ecclesiæ

7 Quomodo Petrus esset petra cũ Mat. 16 dixerit Christus, uade post me sathana

Diluunt ista cõtra Petrum adducta.

De pri. Fatemur cũ Augustino clauces datas ecclesiæ, tñ in persona Petri, i. clauces finaliter dedit Christus Petro, ad utilitatem ecclesiæ, dedit clauces non uni, sed unitati. Ita Petrus

STOLICAE ET PETRI III.

gessit personā ecclesiae, sicut imperator Germaniae, Itaque certae personae habent claves, quia alias nullus esset illarū usus

Præualuerunt portae inferi aduersus personas succedentes Petro, non tñ contra potestatem Petri. Hæc successio Petri in potestate mansit, licet personae peccarent. Petro aut negante, nondū ecclesia erat super eum fundata, sed fundanda, quia Christus dixit super hanc petram ædificabo ecclesiam meam scilicet post resurrectionem.

Et si Christus sit petra principalis, & fundamentū primarium, tamē habet uicarios & substitutos, secundarias petras, nam cū dicto Pauli, quod solus Christus sit fundamentum, stat dictum Ioann. Apoca. 21. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim & in ipsis duodecim nomina, duodecim apostolorum & agni.

Errat Ludder Petrū tam tarde uenisse Romanam, quia fuit 5. annis in Ponto & Asia 7. in Antiochia, postea migravit Romā, licet 18. anno e Roma uenerit Hierusalē ad conciliū. Porro nihil ad rem facit. Erat enim Petrus summus pontifex, ubicūq; erat, licet te uelante spiritu, ut Marcellus sanctus martyr ait, sedem sibi Romæ elegerit, prius itaque tempore fuit summus episcopus Petrus quam Romanus episcopus.

De secū.

De tertio

De quar.

DE PRIMATV SEDIS APO-

De quin-
to

Hoc est nouū mendacium Urbani Riegers aut alterius Lutterani, Petrū nunquā fuisse Romæ, & ante Paulū conuertisse eos, de quibus loquitur Gala. 7. testatur beatus Hiero. super epistola ad Roman. 1. Vt aliquid impartiar uobis gratiæ spiritualis. Ad confirmandos inquit, uos Romanos Petri prædicationem & fidem tenentes &c.

Aegesippus antiquissimus, qui sub Aniceto uenit Romā. Anno dñi 160. Is scribit li. 3. de excidio Hierusalē quomō Nero que fierit causas occidendi Apłos, datoq; præcepto ut cōpræhenderent apostoli, rogabatur Petrus ut sese alio conferret.

Vide Ioā
nē Fabrū

Dionysius Corinthiorū episcopus existens Ro. Anno domini. 150. ait, Vos habentes cōmonitionem a Petro & Paulo, plantationē Romanę ecclesiæ coniunxistis. Ambo etenim aduentantes, atq; in hac urbe simul docentes, etiā martyrio pariter, uno eodēq; tpe coronati sunt. Idem testat quidam scriptor Gaius sub Zepherino papa.

S. Ignatius discipulus Ioannis euangelistæ ad Tharsenses scribit. Quid qd Petrus crucifixus est, Paulus & Iacobus gladijs obtruncati sunt, Ioannes in Pathmo relegatus est. Et ad Romanos, Nō sicut Petrus & Paulus præcipio uobis, illi enim apostoli Iesu Christi, ego aut minimus.

STOLICAE ET PETRI III.

Ireneus Lugdunensis episcopus li. 3. ca. 1
contra hæreticos. Sic inquit, Mattheus he-
bræis ipsorū lingua scripturam dedit Euan-
geliū, quū Petrus & Paulus Romæ euange-
lisarent & fundarent ecclesiam. Et cap. 3. a
gloriosissimis duobus apostolis Petro &
Paulo, Romæ fundatæ & cōstitutæ sunt ec-
clesiæ.

Tertulianus anno dñi 150. uiuens, scripsit
li. 4. aduersus Martionem, Romanis euan-
geliū, Petrus & Paulus sanguine suo signatū
relinquerunt. Et li. de præscriptione hæreti-
corū loquens de Roma subdit. Vbi petrus
passioni dominicæ adæquatur.

Eusebius Cæsariensis li. 2. historiarū in-
quit. In ipsis claudij temporibus, clementia
diuinæ pudentiæ probatissimū oīm apo-
stolorū & maximū, fidei magnificentia &
uirtutis merito, primorem principē Petrū
ad urbem Romam deducit.

Et libro de temporibus. Eodem anno ab
Herode capitur, & infra Petrus natione Ga-
lilæus, Christianorū pontifex primus quū
primū Antiochenam fundasset ecclesiam,
Romam proficiscit, ubi euangeliū prædi-
cans uiginti quinque annis eiusdem urbis epi-
scopus perseuerat. Gaudentius Brixianus
uetustissimus scriptor inquit. Hoc enī die
apud urbem Romam ambos pro Christi

DE PRIMATV SEDIS APO

nomine, Neronis crudelitas interfecit. Hiero. de uiris illustribus. Simon Petrus filius Ioannis, prouintiae Galileae, uico Betsaida, frater Andreae apostoli, & princeps apostolorum post episcopatum Antiochensis ecclesiae, & praedicatione dispersionis eorum qui de circuncisione crediderant in Ponto, Galatia, Capadocia, Asia & Bithinia, secundo Claudij anno ad expugnandum Simonem magnum, Romam pergit, ibi uiginti quinque annis cathedram sacerdotalem occupauit. Dionysius Areopagita S. Pauli discipulus idem testatur ad Timotheum condiscipulum de transitu apostolorum. Linus papa proximus post Petrum scripsit orientalibus de martyrio Petri in urbe. Ambrosius sermone 67. inquit. Non sine causa factum putemus, quod una die, uno in loco, unius Tyranni tollerare sententiam, una die passi sunt, ut ad Christum pariter punirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset &c. & infra in urbe Roma, quae principatum & caput obtinet nationum, loquitur de Petro & Paulo.

Papias Hieropolitanus S. Ioannis euangelistae auditor testatur Petrum suam primam epistolam canonicam scripsisse Romae.

Testantur hoc Athanasius, Marcellus, Damasus, Leo, Beda, Bernardus & alij innumeri.

STOLICAE ET PETRI III.

Vide Ioan. Fabrū in suo opere post mediū.

Petrū membrū & partem ecclesiæ dicimus sed quod propterea nō possit esse caput ministeriale, seu uicarius ueri capitis, negamus. Similiter aliud est agere priuatam personam, aliud publicam. Et si est caput, est utiq; membrum.

De sexto

Non mirū Petrum increpatū a Christo, quod existimaret suæ confessioni contrarium, Christū occidendū, quia nōdū acceperat clauēs, nōdum erat confirmatus, nondū uenerat sup eū plenitudo spiritus. Ideo nondum fuit petra, sed post resurrectionē Christus fundauit super eum ecclesiam ut expresse testatur Hieronymus ibi super Mattheū. Deniq; Chrysostomus & Hilarius nolunt nomē sathanæ pertinere ad Petrum, sed ad diabolū suggestorem huius consilij, porro lapsus personæ, non tollit potestatem.

De septi.

Cum enim Ludder per petram intelligat fidem, fides æque ammittitur in homine, sicut gratia, & non plus fides unius hominis quam alterius hominis, & ita super fide omnium fidelium est ædificata ecclesia, Et si omnes fideles sunt fundamentū, quā tunc dabit ecclesiam, nisi ineptissime dicat idem fundari super seipso.

Adhuc obijciunt hæretici contra
Petrum & Papam.

DE PRIMATV SEDIS APO-

- 1 Petrus in apostolos non habuit potestatem, sed apostoli in ipsum, quia ipsū & Ioan- nem miserunt in Samariam. Act. 8.
- 2 Nec Petrus exercuit unquā primatū illū sicut modo Papa nō uult ullo episcopū fieri in mūdo, nisi accipiat palliū & cōfirmatio- nem ab eo.
- 3 Nouit Petrus hoc prohibitū a Christo, Luc. 22. facta contentione, quis eorū uide- tur maior, dicit eis Iesus. Reges gentiū do- minantur eorū, & qui potestatem habent super eos, benefici uocant̄, uos aut̄ non sic, sed qui maior est uestrū, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator, liquet (aiunt hæretici) reges gentium, nō pontifi- ces esse, qui dominantur.
- 4 Mar. 10. ubi filij Zebedei ad hanc aspira- runt potestatem, receperunt responsum. s. ut calicem biberent, nec tamen certi ubi ses- suri essent. Sic superioritatem fugiendā do- cuit. Luc. 9. & Mat. 18.
- 6 Paulus resistit Petro ad Gal. 2
- 7 Victor papa uolēs excōmunicare oriēta- les, fuit phibitus ab Hireneo Lugdunensi.
- 8 Anicet⁹ cessit Policarpo epī. Smyrneorū.
- 9 Orientales epī. nō obediuerūt Iulio papæ.
- 10 Constantinus quartus Imperator consti- tuit papam esse primum.
- 11 Sic tot milia Martyrum orientalis eccle-

STOLICAE ET PETRI III.

siæ, essent dānata, similiter, Cyprianus, Augusti. Nicolaus, quia nunquā fuit papa Ro. super ecclesias Asiæ, Græciæ, aut Africæ.

Quando instituit Antiochenū, Cōstanti nopolitanū, Alexandrinū, aut Indicū. 12

Theophilus Alexandrinus & Epiphanius deposuerunt Chrysostrōmū, & idem Epiphanius excommunicauit Ioannem Hierosolymitanum. 13

Conciliū Nicenū testat episcopū Roma. gerere curam suburbanarum ecclesiarum. 14

Idem statuit episcopos ordinari ab episcopis prouincialibus, non a papa. 15

Idem Conciliū Hierosolymitano tribuit primatū, non Romano. Et Hierosolyma fuit prima, quia de Sion exhibit lex. 16

Concilio Africano 4. Primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut aliquid huiusmodi, sed tantū primæ sedis episcopus, & infra uniuersalis autē nec etiam Roma. Ponti. appelletur. 17

Et Pelagius & Gregorius rennuerunt nomen uniuersalis episcopi. 18

Primatus Papæ probat ex decretis & decretalibus Roma. Pontificū, qui libri intra 400. annos, nati sunt. 19

Hæc fusius induximus, quod hic magis uociferent heretici cōtra petram quam oēs impetiuerunt.

CC ;

DE PRIMATV SEDIS APO-

Diluuntur obiecta.

De pri-
mo

Petrū exercuisse primatū, iā dicemus, at cū argutaris? Petrus fuit missus ab apostolis in Samariā, quare sit minor apostolis? Est forma argumentandi Arrianorū, quia pater misit filiū Ioan. 6. & 20. & ad Gala. 4. Itaq; pater est maior filio, quia mittens maior est misso, quasi nō Herodes miserit tres magos, ut adorent puerum, qui maior magis non fuit, & frequens est, potiores mitti ex collegio, & senatu.

De secū.

Petrus executus est officiū suum, Nolumus recensere quæ Ioan. 6. Luc. 12. Matt. 19 Luc. 5. Mat. 4. Mat. 17. Mat. 18. recensuerunt sed quando in actu iam erat pontifex creatus, audiamus quid fecerit, Nam primo ordinationem Matthiæ in apostolum direxit. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. Viri fratres &c. Act. 1. Secundo in die Pentecostes omnes apostolos defendit, stans Petrus cum undecim eleuauit uocem suam Act. 2. Tertio præsentē Ioan. sanauit Claudum, & corā populo defendit Act. 3. Quarto in cōcilio defendit se & Ioannem Act. 4. Quinto in Ananiam & Saphiram sententiam mortis protulit Act. 5, quod fuit maximum potestatis coercitiuæ indicium. Sexto Simonis maledictā nundinationem coercuit, Act. 8. Septimo iussus fuit etiā gen

STOLICAE ET PETRI III.

tes tanquā praelatus in suam potestatem suscipere, quando uidit lintheū, in quo erant bestiae & reptilia &c. & facta est ad eū uox, Surge Petre, occide & manduca. Act. 11. Hic iussus fuit uelut caput, gentes incorporare ecclesiae. Octauo, In concilio apostolorum fuit autor sententiae cessationis legalium, ut docet Hiero. & Act. 15. Caue itaq; haeretice mentiri in S. Petrum, quod potestate diuinitus tradita non sit usus.

De adiuncto falsum est, nam patriarchae quilibet confirmauit suos episcopos, & Thessalonicen. confirmauit suos episcopos Graeciae, tanquam uicarius papae, ut liquet ex actis leonis papae, Existimat haeticus oēs episcopos habere pallia, quod falsum est, quia regulariter archiepiscopi habent, & pauci episcopi ex priuilegio, sicut Bambergensis in Germania.

Vide in primatu nostro libro 3. capite 15

De ratione pallij ex B. Gregorio.

De tertio

Constat Christū prohibuisse ambitionē Tyrannidē, non potestatem, quia illa est a deo, & qui potestati resistit, ordinationi dei resistit, ad Romanos 11. Voluit ergo docere humilitatem praesidentis, non auferre potestatem eius, Sicut ex eo quod ipse ministrabat, & alios maiores ministrare docuit,



DE PRIMATV SEDIS APO-

male inferret quis Christū nullam habuisse potestatem. Et cū Christus dixit, q̄ maior est uesterū, Constat quod uoluit aliquē esse maiorem in potestate, licet coniunget ei, ut sit sicut minor per exhibitionem ministerij.

De 4. & 5

Similiter respondemus, nā uoluit, ut Hiero. inquit, suos ad summitatē uirtutū, non potentia sed humilitate peruenire, nā existētes in potestate, debent se intus humiliare, ac si non essent in potestate, ut paruuli fiant humilitate, non sensu ac ætate.

De 6

Paulus reprehendit Petrū, quia attinebat ad ædificationem fidei, hoc est ad officium apostolatus, in quo 14. erant æquales, tamē regimine & potestate, Petrus adhuc erat prior. Nam hodie etiā sæpe contingit papam & alios superiores reprehendi ab inferioribus. Imo hæreticus Ludder omnes reprehendit ecclesiasticos prælatos, qui nullius est superior.

De 7. & 8

Anicetus primus statuit Pasca celebrari dominico die, confirmauit primo Pius deinde Victor, & obtinuerunt. Restituerunt primo Orientales, quia ex usu S. Ioannis 14. luna primū mensis celebrabant, Policarpus ex Smyrna adijt Anicetū (ecce Græcus ad Romanū) qui credidit ei, sacerdotali officio perfungi, nec Anicetus Policarpo suadere poterat, inquit Eusebius in ecclesiastica hi-

STOLICAE ET PETRI III.

istoria. Corruptor Ludder ait Anicetū cef-
fisse Policarpo. Orientales resistentes Vi-
ctori, excōmunicare uoluit, quem Ireneus
monuit, non quod nulla esset Victori in O-
rientales potestas, nam sanctus martyr, cur
attentasset: sed pro conseruanda concordia
ecclesiae & pace, consuluit turbationem nō
moueri in ecclesia.

Mirū quod hæreticus innititur facto hæ **De 9.**
reticorū, nam illi orientales, expulerant A-
thanasium & Paulum, qui confugientes ad
Iulium papam, citatis & excōmunicatis hæ
reticis, fuerunt restituti. Hic ruit hæreticus
quia papa Iulius ante 1100. annos potestatē
habuit in orientales episcopos Asiae & Ae-
gypti. Vide primatū nostrum.

Falsum est Constantinū quartum primū **De 10**
dedisse primatū Roma. pontifici, cum ante
habuerint ex euangelio, cōfirmantibus Im-
peratoribus Constantino, Valentiniano,
Gratiano, Theodosio, Martiano, Basilio &
alijs. Vnde nō inconuenit iuri sedis aposto-
licae, decreta etiam principū accedere, quo
temeritas rebellantium cōprimat. Errauit
tamen hæreticus Constantinū 4. quicquā
in ea re statuisset, sed solum remisit confirma-
tionem papae electi, quam Imperator ante
suo modo facere solebat.

Nullus sanctorū martyrum subtraxit se **De. 11**

DE PRIMATV SEDIS APO-

ab obedientia Petri uel successorum ubi & quando oportebat, Fallit hæreticus, qd si papa sit supremus, oporteat omnes episcopos ab eo cõfirmari, nã sicut sacerdotes ab episcopis, ita episcopi ab archiepiscopis primatibus aut patriarchis sufficiat cõfirmari. Ita de Ambrosio, August. & Nicolao sentias, Credo in Germania factũ superbia episcoporum, quod excusserunt potestatem primatis Magdeburgensis. Et priora liquent ex octaua synodo, ex concilio Nicæno & alijs, uide distinctionem 64. decreti.

Aphricæ episcopos fuisse sub Ro. pon. patet, q̄ ex cõcilio Mileuitano scripserunt ad innocentium primũ papam, petentes illius cõfirmationem, uide in episto. Augusti. 90 & 91. Concilia, tertiuũ & quartum Cartaginẽsia autoritate Zozimi Papæ & alia autoritate Bonifacij fuerunt confirmata, quoniam misit illuc Faustinum episcopũ, illis interfuit Augustinus, Concilia sub Cypriano in Aphrica petierunt approbationem a Cornelio papa li. 1. epistolarum, epistola 2. Cypriani, & li. 3. Epistola 11.

Asiæ episcopos Aegypti & Græciæ fuisse sub Ro. ponti. iã patuit, quia restitutus Athanasius, restitutus Chrysoftomus, restitutus Flauianus, restitutus Appiarius in Aphrica, per Romanos pontifices,

STOLICAE ET PETRI III.

Vide in primatu nostro plurima.

Institutio episcopi, ut fiat immediate a Ro. **De 21**
ponti. non est necessariū tamen illas eccle-
sias fuisse subiectas Papæ, liquet ex eo, quod
restituit eiectos ex his ecclesijs. Et hodie a
Leone papa 10. & Adriano 6. episcopi Asia
tici acceperunt confirmationes.

Quantū potest hæresis, nam cū nihil soli **De 13**
di pro se habet, affert iniquissimā optimi e-
piscopi eiectionem Ioan. Chryso. qui per
Theophilū auarissimū & pessimū Alexan-
drinum, addiuuante impia Eudoxia Impe-
ratrice iniquiter est eiectus. Huius sancti ui-
ri iniuriam, hæreticus pro iure adducit, ob-
tinet uero quod per Innocentiū papam fuit
restitutus, & negotiū per papam Alexan-
dro Antiocheno cōmissum, & Imper. Ar-
chadius resistens papæ & Chryso. tomo,
fuit excōmunicatus. Inunc hæretice, & ne-
ga episcopos Græciæ fuisse sub Romano
pontifice. De Ioanne Hierosolymitano, li-
quet ex beato Hieronymo, fuisse concilium
euocatū Antiochiæ (nam sub illo patriar-
cha erat tunc episcopus Hierosolymitanus
& sub archiepiscopo Cæseriensi) & a syno-
do damnatum Ioannem in qua plurimæ au-
toritatis erat Epiphanius.

Canon Nicæni concilij 6. sic habet. Mos **De 14**
antiquus p̄duret in Aegypto Lybia & Pen

DE PRIMATV SEDIS APO-

tapoli, & Alexandrinus episcopus horū omniū habeat potestatem, quandoquidem & Roma. episcopo parilis mos est. Similiter autē apud Antiochiam & cæteras provincias honor suus unicuiq; seruetur ecclesiæ. Liqueat lectori non hic prohiberi primatum Ro. ecclesiæ, quod hæreticus torquet, sed quia tunc autoritas trium ecclesiarū patriarchaliū fuit confirmata, nam tres tantū erant illo tempore sedes patriarchales, Romana. s. Antiochena, & Alexandrina. Imo fortius per illud conciliū probatur primatus Roma. ponti. primo, quia licet Nicæa esset in asia, tamen Osius Cordubensis nomine papæ præfedit concilio, & primus se subscripsit, non nomine suo uelut reliqui episcopi omnes, sed nomine papæ. Secundo quia in concilio Nicæno fuit statutū, ut in causa depositionis episcopi, posset appellari ex toto orbe ad Roma. ponti. Huic innitebat Athanasius & obtinuit, Huic Chryso, & obtinuit, Et quando ecclesia Aphricę reluctabatur Zozimo papæ in restitutione Appiarñ, certior facta de illo Nicæno concilio, acquieuit. In nunc hæretice, & insanias Nicænū concilium aduersari papæ.

De. 15 De ordinatione episcoporum, quid hæc ad primatū? cū hodie rarissime papa ordinet episcopum, aut forte nunquā, sed in hunc

STOLICAE ET PETRI III.

diem, tres episcopi conuenientes ordinant
& consecrant episcopum.

Canon 7. concilij sic habet. Quia consue **De. 16**
tudo obtinuit & antiqua traditio, ut Heliae
episcopus honoretur, habeat honoris conse-
quentiam, salua Metropoli dignitate. Hic
stupidus haereticus nugatur primatum tribu-
tum Hierosolymitano, cum adeo non tribuat
ei primatum, ut sinat illum subiectum Metro-
politano, qui erat Caesariensis teste Hiero-
nymo, Honorandum ergo statuit Hierosoly-
mitanum antiqua traditione, sed nihil ad pri-
matum, porro Hierosolyma fuit prima tem-
pore, sed non dignitate.

Concilium Africicum nihil agit de pri- **De. 17**
matu, nihil de Roma, sed inter se constitue-
runt episcopi Africani, ne primates eorum
(sicut erant Chartaginenses, Numidiae, Mau-
ritaniae &c.) gloriosos sibi uendicarent titu-
los, & iurisdictionem super alios, hoc & ni-
hil aliud habet canon 6. concilij 3. Africa-
ni, & delyrus haereticus cum apud Gratianum
99. distin. primae sedis. legisset uerba Gratia-
ni continuata ad sequentia credidit, illa esse
uerba concilij, & non sunt, sed de uniuersa-
li episcopo mox dicamus.

Gregorius & Pelagius non respuerunt pri **De. 18.**
matum ecclesiae Ro. sed approbauerunt ut
de primatu Petri latissime ostendimus, Sed



DE PRIMATV SEDIS APO

fic negauerunt aliquē posse esse uniuersalem episcopū. Sic quod esset cuiusq; ecclesiæ proprius rector, quoniam sic, nullus alius esset episcopus, & honor episcopalis omnibus detraheret, & in unum solū reijceret. Quod quia esset Hierarchici ordinis destructuum, merito reprobarūt sancti patres, seruata ecclesiæ Romanæ dignitate.

De 19

○ Primatus Ro. ecclesiæ non solū ex decretis pontificū probatur, sed ex euangelio, ex sanctis martyribus, concilijs, & doctoribus sed errat hæreticus, credit, non fuisse alia iura canonica, nisi post ortum decretū, Gratiani & Decretales Gregorij. cum semper in ecclesia statuta & iura fuerint, sicut olim erat Codex canonum, decretū Pasthastij, decretum Burckardi Panormia Iunonis &c. Euanescunt itaq; omnia hæretica, ut bulla aquæ.

Conclusio.

In episto
lis. Suscipiamus omnes autoritatē ecclesiæ in apostolica sede Romana relucētē, quā eam in rebus arduis fidei consuluerit Hieronymus ex Asia ad damasum, Augustinus ex Aphrica ad Innocentium, & Bonifacium, ac Cyprianus ad Cornelium, Athanasius ex Aegipto ad Marcum & Iulium, Ambrosius ex Italia &c.

STOLICAE ET PETRI III.

Iam defendentes se cōtra rebaptifatores recedunt ab eorū basi, unde multa fatent non scripta & tamen tenenda. Zuuinglius adducit de baptismo Mariæ.

De baptismo parvulorum.

EX SCRIPTVRIS TEMERE pugnare hæreticos. III.

Præter superius dicta de Ecclesia & Cōcilijs, hæc subiiciamus.

Forma
prima
Quia Hæretici nihil uolunt recipere nisi probeat expresse per scripturas. Itaq; Ludderani nō recipient perpetuam uirginitatem Mariæ sicut Heluidius, contra quē scripsit beatus Hierony. quia in scripturis non probat sed plures scripturæ apparenter sunt pro Heluidio.

Amianus
primus
Articulus in symbolo fidei. Descendit ad inferna, non expresse probatur ex scripturis, quare Ludder non credit illum articulum, nam si quis obijcerit illud Ecclesiastici 24. penetrabo omnes inferiores partes terræ, dicet proteruus, penetrabit uirtute, non loco. Id erit ei cum multis catholicis cōmune. Si Paulū quis attulerit ad Ephe. 4. qd autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ. Ephe. 4.

D E S C R I P T I O

Mar. 12

Mox dicit apostolū loqui filiū dei descendiſſe in uterū uirginis, qui aſcendit ad alta cœlorū. Partes autē terræ ſunt inferiores cœlo & elementis. Similiter ſymbolū Athanaſij omouſion, perſonam in diuinis, Annam matrem Mariæ, diem dominicam, Lutterani non obſeruabunt. Iudicio Lutteranorū, Chriſtus non bene probaſſet contra Saduceos reſurrectionem corporū, non enim eis adduxit clarum textū, ſed quia dictum eſt Exo. 3. Deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, non eſt autem deus mortuorū, ſed uiuentium, & tamen tunc ſolū uiuebant ſecūdum animas, non ſecundū corpora.

Ludderani contendunt ſcripturas ſacras eſſe claras, ideo layci, & delyræ anus eas tractant imperioſe.

Contra dicit Petrus 2. Pet. 3. loquens de epiſtolis Pauli. In quibus ſunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut ceteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Ecce difficultatem illarū, & quomodo uiuente Paulo fuerūt deprauatæ, ſicut hodie faciunt Ludderani.

Hierony. q. 8. ad Algaſiam. Omnis epiſtola Pauli ad Romanos nimis obſcuritatibus inuoluta eſt.

2. Cor. 4. Quod ſi etiam opertū eſt euangelium noſtrū in his qui pereunt eſt opertū

P T V R I S III.

Si sacra scriptura est apertissima, mirum cur sancti patres qui tam frequenter legerunt, non intellexerunt a 200. annis, quod si Augusti. Hierony. Bernardo, Thomæ fuit obscura, quomodo laicis Ludderanis erit aperta.

Myra. 3. Male heretici nolunt alium iudicem, quam scripturam. In Veteri testamento lex non fuit iudex, sed summus sacerdos Deut. 17. Si difficile & ambiguum &c, uide supra Et Eze. 44

Et Catholici quoque admittunt scripturam maxime, sed intellectu ab hereticis differimus, ideo oportet alium esse iudicem quam scripturam.

Myra. Etiam diabolus allegauit scripturam contra Christum. Angelis suis mandauit de te &c. **Mar. 4** Sed uerum intellectum non tenuit, ut inducit Hiero. contra Luciferanos atque scripturae non in legendo ut imperitum uulgus iam Luteranae haeresis sentit, sed intelligendo consistant Hiero. ibidem. Ideo Tertulia. potenter ostendit libro de praescriptionibus hereticorum, eos nequaquam admittendos ad in eundam de scripturis prouocationem. Omnes heretici confugerunt ad scripturas male ab eis intellectas, August.

Arrius adduxit pro se 42. locos scripturae.

Ludderani recipiunt scripturas, sicut Iudaei Vetus testamentum, quia insistent solum sensui literali, & quae sunt eis contraria ipsi

DD

DE FIDE ET

torquent, unde sunt theologi atramentales, secundum corticem & superficiem, Ideo Iudaicum est scripturis impugnare ecclesiam. Ludder in assertionibus dicit, Superbis & impijs scripturam semper esse maioris cecitatis occasionem, hoc dictum redundat in caput autoris & suorum sequatium.

DE FIDE ET OPERIBVS V.

Fidem non sufficere sine operibus, & opera aliquid esse gratia dei acceptante ostenditur.

Eccle. 9
Gal. 6

Quodcumque potest facere manus tua instanter operare.

Ergo dum tempus habemus operemur bonum, uenit enim nox quando nemo operari poterit.

1. Cor. 3

Unusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum.

Apo. 14

Opera illorum sequuntur illos.

2. Pet. 1

Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera uestra, certam uocationem uestram & electionem faciatis.

1. Cor. 15

Oes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit siue bonum, siue malum.

In symb.

Et qui bona egerunt ibunt in uitam aeternam, nam, & qui mala, in ignem aeternum.

OPERIBVS V

Non enim iniustus est deus, ut obliuiscat Heb. 9
operis uestri & laboris ex charitate suscepti
Reddat deus unicuique secundum opera eius. Rom. 2
Gloria & honor & pax omni operanti bonum. Ibidem
Non enim auditores legis iusti sunt apud Ibidem
deum, sed factores legis iustificabuntur. Mat. 19

Si uis uitam ingredi, serua mandata.
Fide aliquam esse inanem, quia sine opibus.
Quid proderit fratres mei, si fide quis di- Iaco. 1
cat se habere, opera autem non habeat, numquid
poterit fides saluare eum? infra. Fides si non
habeat opa mortua est in seipsa. Infra. Vis
autem scire o homo inanis, quoniam fides si-
ne operibus mortua est &c.

Fides est opus. Quid faciemus ut opere- Ioan. 6
mur opera dei. Respondit Iesus, hoc est opus
dei, ut credatis in eum quem misit ille. Et Ioan
nis 8. Si filij Abraham estis, opera eius faci-
te, sed precipuum opus Abraham fuit fides.
Gene. 15. Credidit Abraham deo, & reputa-
tum est illi in iustitiam. Ecce fides inter ope-
ra computatur.

Non sufficit credere, non sufficit quod ce- Ioan. 9
colinatur oculus luto, sed oportet quod ua-
dat ad natatoria Syloe.

Si habuero omnem fidem, ut montes trans I. Cor. 13
feram, charitatem autem non habuero, nihil
sum. Per hoc probat Augusti. 15. de Trini.
fidem non habere necessario charitatem an-
nexam.

DE FIDE ET

Obijciunt Hæretici.

- Aba. 2 1 Iustus ex fide uiuit, itaq; nō ex operibus
Roma. 1 2 Qui credit in filiū dei non condemna-
tur. Ioan. 3
Mat. 9 3 Creditis, quia hoc possum facere uobis
secundū fidem uestram fiat uobis.
Gene. 15 4 Credidit Abraham deo, & reputatum
est illi ad iustitiam.
Ioan. 5 5 Qui uerbū meum audit, & credit ei qui
misit me, habet uitam æternam.
Mat. 9 6 Fides tua saluā te fecit, Opera sunt Hy-
pocritarum.
7 Charitas est fructus fidei, quare sola fi-
des sufficit. ³ ²⁻³
8 Paulus ad Roma. & Galatas cōtendit ho-
mines iustificari per fidem, sine operibus.

Respondent Catholici.

Augu. li. de fide & operi. Hic constat uerum esse, quod Augustinus
inquit, hanc hæresim (non enim noua est,
sed antiquissima) exortam ex uerbis Pauli
male intellectis.

De pri-
mo Fatemur iustū ex fide uiuere, est enim fi-
des fundamentū spiritualis ædificiū, quia spe-
randarū rerum substantia, Sed quod hære-
ticus assumit ex sola fide, lacerat & falsificat
textum, quia nullibi dicit, Iustum ex sola fi-
de uiuere.

De 2 Credere in deum usu scripturæ includit
adherere deo per charitatem secundū Au-

OPERIBVS V

gustinum, Theologi iuniores appellant fidem formatam, liquet ex sancto Paulo, In Gal. 5 Christo Iesu neq; circūcisio quicquam ualet, neq; præputium, sed fides per dilectionem operans ecce Paulus non dicit sufficere quācunq; fidem, sed quæ operetur per charitatem.

Liquet ex secundo, licet fides etiā in formis poterat aliquid temporalis commodi impetrare sicut Romani uirtutibus impetrarunt tantam dignitatem secundū Aug. De. 3

Respondet S. Iacobus, Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerēs Isaac filium suū super altare? Vides quoniam fides cooperabat operibus illius & ex operibus fides consumata est, infra, Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. De 4 Iaco. 2

Dicatur sicut de secundo. De 5

Similiter, Quod aut calumniatur opera facere hypocritam, cur tunc Christus dixit Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Assumit falsum, quia charitas est fructus spiritus nō fidei, & similiter fides est fructus spiritus. Paulus ait, fructus autem spiritus est charitas, gaudiū, pax, patientia &c. fides modestia. De 7 Gala. 5

Omnes tamen Lutterani coacti argu-

DE CONFIR-

mentis fidelium incipiunt distinguere de fi-
de, ueram formatā fidem appellant in uul-
gari nostro, den lieb reychen woltetig glau-
ben, id est qui diues sit in charitate & operi-
bus, aliam nominant historicam.

DE CONFIRMATIONE VI

Baptismū admittit Ludder esse sacra-
mentū, sed confirmationē negat. At
quia in cōfirmatione est signū sensibi-
le, habens infallibilem assistentiā gratiæ spi-
ritus sancti, ideo est sacramentum.

Act. 8

Cū audissent apostoli, qui erant Hieroso-
lymis, quia recepisset Samaria uerbū dei,
miserunt ad eos Petrū & Ioannē, qui cū ue-
nissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent
spiritū sanctum, nondū enim in quenquā il-
lorum uenerat, sed baptisati tantū erant in
nomine domini Iesu, tunc inponebant ma-
nus super illos, & accipiebāt spiritū sanctū.

Act. 13

De Ephe. His auditis baptisati sunt in no-
mine domini Iesu, & cū imposuisset illis ma-
nus Paulus, uenit spiritus sanctus super eos.
Ecce post baptismum, erat signū sensibile, s.
impositio manū, quo cōferebat gratia spi-
ritus sancti, & ita erat sacramentū, Et quod
soli episcopi hodie confirmant, indicat te-
xtus hic, quod Philippus diaconus nō cō-

M A T I O N E VI

firmavit Samaritanos, sed apostoli Petrus & Ioannes. Et non est credibile aliquod donū gratiæ ad electorum pertinens consumationem fuisse olim in ecclesia, quod iā desit. Dionysius Areopagita recenset illius mysteria ca. 4. ecclesiasticæ Hierarchiæ, & teleten unguenti dixit appellatam ab apostolis. Melchides papa martyr in baptismo regeneratur ad uitā, post baptismū confirmamur ad pugnā, in baptismo abluimur, post baptismū roboramur. Concilium Aurelianense. Vt ieiuni ad confirmationem perfectæ ætatis ueniant, ut moneantur confessionem prius facere ut mundi mereantur spiritus sancti donū accipere, & quia nunquā erit Christianus, nisi in cōfirmatione episcopali fuerit chrysmate unctus. Cum alijs de cōsecra. distin 5

Hierony. Episcopus si imponit manū, his imponit, qui recta fide baptisati sunt, qui in patre, & filio, & spiritu sancto, tres personas & unam substantiam crediderunt &c. infra. Quod si hoc loco quæras, quare in ecclesia baptisatus, nisi per manus episcopi, non accipiat spiritum sanctum. Disce hanc obseruationē ex ea autoritate descendere, quod post ascensum domini spiritus sanctus ad apostolos descendit, & multis in locis idem factitatum reperimus.

Cōtra luciferan.

DE ORDINIS SA-
cramento. VII.

Quia negant ordinem esse sacramen-
tum, Ex sacris literis doceat ordo,
& quod cum signo sensibili confe-
rat gratiam.

Mar. 6

Ascendens Iesus in montem, uocauit ad
se quos uoluit ipse, & uenerunt ad eum, &
fecit ut essent 12 cum illo, & ut mitteret eos
prædicare. Post hæc designauit dominus &
alios septuaginta duos, & missit illos binos
ante faciem suam.

Luc. 10

Luc. 22

Accepto pane gratias ægit & fregit, & de-
dit eis dicens, hoc est corpus meum, quod
pro uobis tradetur, hoc facite in meam cõ-
memorationem.

Ioan. 20

Dixit Iesus apostolis, Sicut me misit pa-
ter, & ego mitto uos, hæc cum dixisset in-
sufflauit, & dixit eis, Accipite spiritũ san-
ctum, quorũ remiseritis peccata remittun-
tur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.

Act. 13

Dixit spiritus sanctus. Segregate mihi
Saulum & Barnabam in opus, quod assum-
psi eos, tunc ieiunantes & orantes, inponen-
tesq; eius manus dimiserunt illos.

1. Tim. 4

Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ
data est tibi per prophetiam, cū impositio-
ne manuum præbyterij in his te exerce.

1. Tim. 5

Nemini cito manus imposueris, neq; cõ-

C R A M E N T O . VII

municaueris peccatis alienis.

*Minu
caris
12*
Patet 12. fuisse apostolos, & 70. discipulos illis episcopi, istis sacerdotes succedunt (docet Beda) Erant baptisati apostoli, ac nō erant sacerdotes, nisi dum in cœna fecit eos sacerdotes, dans eis potestatem consecrandi corpus Christi uerū, & post resurrectionem absoluendi corpus Christi mysticum. Et signum sensibile fuit in impositione manū, & contulit gratiam, cur igitur a Luddero reñcitur a sacramento. Et nō esse cuiuslibet e plebe officium.

Luc. 10.

Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui uocat a deo, quemadmodū Aaron, Sed legitur, non quemlibet e plebe uocatum ad sacerdotium, Aaron inquit, & filios eius unges, & sanctificabis eos, ut sacerdotio fungantur mihi.

Heb. 5
Exo. 28

Hinc Datan, Chore & Abiron usurpantes sibi sacerdotale officiū, sicut modo layci Ludderani, a terra absorpti sunt. Dionysius S. Pauli discipulus ca. 5. cœlestis hierarchiæ prosequitur ritum apostolorū, in consecrandis episcopis, præsbyteris, & diaconis.

Num. 5

Ignatius discipulus S. Ioan. ad Trallianos extollit dignitatem episcoporum, præsbyterorū & diaconorū. Hoc idem docuit per epistolam Smyrnen, Et ad Antiohen

DD 5

DE ORDINIS SA-

les inquit, Saluto sanctū presbyterū uestrū,
saluto sanctos diaconos, Saluto subdiaconos,
lectores, cantores, hostiarios, laborantes,
exorcistas atq; confessores.

Ecce tpe apostolorū oēs fuisse ordines.

Obijciunt Layci.

Oēs Christianos esse sacerdotes, & unctos
ex baptismo in sacerdotes.

1. Pet. 2 Vos estis genus electū, regale sacerdotiū.

Apo. 1. et 6. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris
in sanguine suo, & fecit nos regnū & sacerdotes
deo & patri suo.

1. Cor. 12 In uno spiritu oēs in unum corpus baptisati
sumus, & oēs in uno spiritu potati sumus. Sequit nos
oēs esse æqualiter sacerdotes. Simile quid dicunt Chryso.
& Ambro.

Respondent Catholici.

Ordinationes illas Ludderanas, solitas esse apud
hæreticos, docuit ante 1300. annos Tertulianus, faciunt enim
ex sacerdotibus laycos, & sacerdotalia munera laycis in
iungunt, Conat Ludder non alios facere sacerdotes,
quam Pharaon, & gentiles, & sicut scriptura meminit
de Hieroboā, qui ex nouissimis de plebe instituit sacerdotes.

3. Reg. 12

Depri.

Liquet oēs fideles esse sacerdotes, sicut sunt reges,
hoc est spiritaliter, quia deus regnat in eis per liberam
charitatem, & ipsi per unctionem sancti spiritus regunt uires ani-

C R A M E N T O VII

me & senso suos, at præter istos reges, etiã mendicos, sunt in ecclesia reges & præsidēs externi. Sic oēs fideles, quia offerunt deo fidem & orationes &c. sunt sacerdotes spirituales, & illud sacerdotium non æget cæremonijs, sed præter hoc sacerdotium internum, est unum externum in ecclesia certis personis affixum. Sume exemplum, quilibet fidelis est templū dei, templum dei sanctum estis uos, ait Paulus, sed præter ista tēpla, est templum externū certo loco affixū, in quo fideles congregantur.

Es obduratus more hæreticorū, iam facies omnes etiã ludæos esse sacerdotes, eo quod dicat̃ ludæis. Si audieritis uocem meam & custodieritis pactū meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & in regnū sacerdotale, & gens sancta, hæc ad uniuersum Israellem dicta sunt, sed reges fuerūt & sacerdotes modo præfato.

De secundo similiter dicatur.

Torquent hunc locum hæretici, nam etiam si omnes simus unum corpus in Christo, quomodo tam stupide infert, ergo omnes sumus sacerdotes, ac si diceret ergo omnes sumus manus, aut omnes sumus pedes, cum etiam in ipsis membris sit differentia, quare cū unitate corporis stat membrorum differentia.

1. Cor. 3

Exo. 19

De secū.

De tertio

D E C O N F E S -

sione. VIII.

Ioan. 20 **E**Am esse necessariam pro sacramento
pœnitentiæ. Insufflauit in eos dicens,
accipite spiritum sanctum, quorū remiseri-
tis peccata, remittuntur eis, & quorū reti-
nueritis, retenta sunt. Gemina potestas ab-
soluendi & remittendi, qua uti deberet, ne-
sciret sacerdos, nisi detegeret ei crimina. I-
deo præmisit accipite spiritum sanctū, ac si
dixisset, directione spiritus sancti confitenti
peccata soluatis, aut retineatis. Confitemi-
ni alterutrū peccata uestra, & orate pro inui-
cem ut saluemini.

Act. 19 Multi credentium ueniebant cōfidentes
& annunciantes actus suos.

Et quod hæc plane accipiant de confes-
sione, liquet quia praxis ecclesiæ optime in-
terpretatur scripturas.

In epist. Dionysius ad Demophilū, increpat eū,
quod peccatorem procidentem sacerdoti,
cōtra disciplinæ ordinem astans abiecerit,
cū ille uerecunde fateret se ad peccatorū re-
media querenda uenisse.

**Super
psal. 37** Origenes. Tantūmodo circūspice diligē-
tius cui debes confiteri peccatum tuū, pro-
ba prius medicū, cui debeas causam languo-
ris exponere, qui sciat infirmari cum infir-
mante &c, ut ita demū, si quid ille dixerit, si
quid cōsilij dederit, facias & sequaris infra.

DIVISIONE VIII.

Si præuiderit talem esse languorē tuū, qui in conuentu totius ecclesiæ exponi debeat & curari ex quo fortassis & cæteri ædificari poterunt & tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione, & satis perito medici illius cōsilio procurandū est.

Hæc oīa auricularem probant cōfessionē.

Basilii de institutione monachorū, necessarium uideat̄ n̄s quibus dispensatio mysteriorū committitur, confitenda esse peccata Hierony. aduersus Montanū dicit hanc Montanorū fuisse hæresim, ut erubescant confiteri peccata.

Hierony. Si quem serpens diabolus occulte momorderit, & nullo conscio eū peccati ueneno infecerit, si tacuerit, qui percussus est, & non ægerit pœnitentiam, nec uulnus suum fratri & magistro uoluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non poterit, Si enim erubescat ægrotus, uulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat.

Obijciunt Hæretici.

Ioan. 20. Nihil præcipit̄ de confessione, sed solū sacerdotibus ut absoluant.

Iacob 5. loquitur de confessione fraterna nam non dicit confitemini sacerdoti, sed alterutrum.

Adulteræ non dixit. Vade & confitere

De pri.

2

3

3

DE CONFESSIONE VIII

sacerdoti, sed uade & noli amplius peccare,
ita de Magdalena.

- 4 Ambrosi. inquit. Petri lachrymas lego
5 confessionem non lego. In tripartita histo-
ria traditur abrogatam confessionē sub ne-
ctario Constantinopolitano.

De pri.

Respondent Catholici.

Cū Ioan. 20. maxima illa potestas nosca-
tur sacerdotibus tradita, magisterio spiri-
tussancti didicit ecclesia usum illius potesta-
ris ab ipsis apostolis, & ut Bern. inquit, suf-
ficiebat ostendere infirmo medicum, qui si
uult sanus fieri, inquireret medicum.

De. 2

Verū est S. Iacobum non cū præcisione
determinasse, cui sit cōfitendū, quia iā Chri-
stus expresserat absoluentes peccatores, i-
deo sufficebat Iacobo exprimere illud qd
erat necessarium ad absolutionem, scilicet
confessionem.

De 3.

Nondū erat potestas illa absoluendi in
ecclesia, ideo cū confessio non esset instituta
Adultera, Magdalena, ad confessionem nō
tenebant.

Porro ea quæ fiebant speciali priuilegio,
non sunt trahenda in consequentiam.

De 4

Similiter respondeat licet argumentū a nō
legitur etiam a pueris rideatur.

De 5

Loquitur de cōfessione pœnitentiæ solēnis.
Vide latius de confessione librū nostrū.

DE EVCHARISTIA SVB

utraq; specie

IX

Sufficere laycis alteram specie
ciem ostenditur.

Hic est panis, qui de cœlo descendit, ut Ioan. 6
si quis manducauerit ex eo nō morietur. Panis uerus est, qui de cœlo descendit, & dat uitā mundo. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Et Panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi uita.

Eūtib; discipulis duobus in Emaus, sub Luc. 24
sola specie panis dedit eis Christus sacramentū, secundū August. li. 3. de cōsensu euāgelistarū, & Chryso. super Matthæū.

Panem nostrum substantialem da nobis hodie oramus quottidie. Mat. 6

Errant perseuerantes in doctrina apostolorum & cōmunicatione fractionis panis, & orationibus. Act. 2

Pascha nostrū imolatus est Christus, itaq; epulemur in azimis synceritatis & ueritatis. Patet quod ubiq; solum fit mentio panis, nulla uini. Ambrosius, Hierony. Eusebius, Benedictus, morituri cōmunicauerunt solum sub specie panis. Et feria sexta sancta, sacerdotes cōmunicant solū sub specie panis, in cuius figuram dominus prædixit de posteris Hely, ut quicumq; uenerit ad sacerdotem, ei dicat, dimitte me obsecro ad 1. Reg. 2

DE EUCHARISTIA SUB

tinam partem sacerdotalem, ut commendā
bucellam panis.

Vnus panis, unū corpus, multi sumus
omnes qui ex eodem pane participamus.
Et ita constituit sacra Constantiensis syno-
dus. Ambrosius loquens de cōmunionē
laycorum li. de sacramentis, non meminit
nisi panis, Ignatius in ep̄la ad Ephe. inq̄t.
Obedientes episcopo, & præsbytero in p̄-
uaricabili sensu, frangentes panem, qui est
medicamentū immortalitatis, antidotū nō
moriendi sed uiuendi. Ecce nō meminit ui-
ni. Gregorius li. 3. Dialogi refert de S. A-
gapito quomodo mutū & claudū porrecti
one dominici corporis sanauit, nulla habi-
ta uini mentione.

De cōse. Concilium Remense prohibet, ne layci
dist. 2. ca. portent sacramentū corporis ad infirmos,
peruenit nulla fit mentio specierum uini.

ca. præ- Sic præcipit de eucharistia panis, ut Sa-
sbyter. cerdos semper habeat paratam, de uino ni-
hil præcipitur. Et est concilij Guarmatien.

In cōcilio Sardicen. Osius prohibet qui-
busdam temerarijs, ut nec laycam cōmuni-
onem percipiant, nisi pœniteant in fine, &
quæ est layca cōmunio, nisi Eucharistia sub
1. dist. sic specie panis sumptio. Simile constituitur in
piscop9 concilio Agathensi, de sacerdote crimino-

VTRAQVE SPECIE IX

so qui trusus in monasteriū laycā tantū sumat communionem.

Obijciunt Hæretici.

Christus instituit sub utraq; specie, & cōmunicauit apostolos sub utraq; specie, & mandatū dedit omnibus, dicens, bibite ex hoc omnes. In primitiua ecclesia cōmunicabant sub utraq; specie, sicut probat per Cyprianum tractatu de lapsis, ubi diaconus sacramentū calicis puellæ infudit.

Luc. 22

Nisi manducaueritis carnem filiū hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis. Sacramentū totū debet dari laycis, alioquin qua ratione priuati sunt iā layci calice, eadē ratione ecclia posset eos ab Eucharistia cohercere.

Ioan. 6

Omnes fatentur sacerdotem sub poenā peccati debere cōmunicare sub utraq; specie, & cur nō peccant layci, obmitentes.

Respondent Catholici.

Christum consecrantem instituisse sacramentum sub utraq; specie, & dedisse apostolis sub utraq; specie, qui iam erant sacerdotes, ideo hodie sacerdos celebrans sumit sub utraq; specie, sed quid hæc ad laycos. Et bibite omnes, est dictū apostolis & sacerdotibus, qui hoc faciunt. i. consecrant in Christi cōmemorationem, nā aliū non interfuerant nisi apostoli ut ex euāgelio liquet, ideo

De pri.

EE

DE EVCHARISTIA SVB

Defecū. Marcus ait, & biberunt ex eo omnes.

- 1 Fatemur hunc usum fuisse in primitiua ecclesia, nec tamē uniuersalis fuit usus ut patet ex Act. 2. at ab ecclesia mutatum. Primo quia pensata multitudi-
ne populi, ubi sunt Senes, Iuuenes, debiles, si nō adhiberent debitam cautionem, fieret iniuria sacramento per effusionem liquidi. Secundo in tanta
2 multitudi-
ne, quo uase commode contine-
retur sacramentū uini, & sine effusione pro-
meretur. Tertio. Non facile sacramentum
3 uini conseruari posset pro infirmis, quia accessit, putrescit mouens nauseam uel uomitum sumentibus. Quarto sine periculo ef-
4 fusionis non facile posset deferri de loco in locum pro infirmis. Quinto. Contingeret alioquin sacramento dignissimo, sūmā
5 fieri irreuerentiam. Sexto. Rem miraculis testatam refert Alexander de Ales, quod cum religiosi instarent pro sumptione sub
6 utraq; specie, dum sacerdos esset in actione sacramenti, apparuit patena plena sanguine, quod uidentes religiosi obstupuerunt, quo signo petitio eorum cessauit. Porro credendū est a primitiua ecclesia incepisse lay-
cos communicare sub altera specie, & quod sit unum, quod ueniat ex traditione apostolorum, quia initium huius monstrare nemo potest.

VTRAQVE SPECIE IX

Quia manducatio sacramentalis exigit **De. 3**
spiritalem, uerba quæ ego locutus sum, spiritus & uita sunt Ioan. 6. unde sub qualibet specie est totus Christus, corpore & sanguine, Ideo laycus sub specie panis, bibit etiam sanguinem, sed non sub specie propria, sed sub specie panis. Porro Christus solum ait de incorporatione nostra in ipsum, quod communio corporis satis indicat, ideo ad hoc sacramentū hic oculus non est habendus.

Quod ex causa ecclesia non dat alteram **De 4**
speciem, potuit ecclesia, quia non minus est sub utraq; specie, quam duabus, & tantum fructum percipit de una specie sicut de alia at ecclesia fideles non debet spoliare fructu sacramenti.

Consecrans utramq; speciem consecrat, **De. 5**
quia agitur repræsentatio dominicæ passionis, ideo corpus & sanguis simul sub utraq; specie consecrantur, & sacerdos in persona totius populi offert & sumit sub utraq; specie, in cuius persona totus populus quadā spirituali sumptione se sanguinem Christi bibere, gaudenter debet credere.

DE MATRIMONIO X

Matrimonium esse sacramentū
ostenditur.

Ephe. 5 **M**ulieres uiris suis subditæ sint, sicut domino, quoniam uir est caput mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ, ipse saluator corporis sui, infra. propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adherabit uxori suæ & erunt duo in carne una, sacramentū hoc magnū est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Hic aperte pronunciat sacramentū, quia coniunctionē uiri & uxoris, & ostendit, cuius rei sacræ sit signum, quia Christi & ecclesiæ. Et ne credas solū per similitudinē adductū, ostendit uerū esse sacramentū a primo propheta prænunciatum. Honorabile cōnubiū in omnibus thorus immaculatus. Macula non careret, si non esset gratia.

Heb. 13 Saluabit aut per filiorū generationē, si māserit in fide & dilectione. Sine gratia generare filios esset plus damnatio, quā saluatio.

1. Cor. 7 Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cū illo, nō dimittat illam, & si qua mulier fidelis uirū habeat infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illū, sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem, alioquin filij uestri immundi essent, nunc aut sancti.

Gene. 2 Probabile est benedictionem quā dedie

DE MATRIMONIO X

deus Adæ & Euxæ, non fuisse sine gratia. Augusti. Non tantum foecunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius uinculum est fides, uerum etiam sacramentum nuptiarum comendatur fidelibus.

Obijciunt Hæretici.

Ad Ephe. 5. ubi apostolus dicit matrimonium sacramentum in græco legitur mysterium.

Nec dicit absolute matrimonium esse sacramentum magnum, sed in Christo & ecclesia.

Respondit Christianus.

Fatemur matrimonium esse mysterium, sed qua temeritate infert. Itaque non est sacramentum, cum omnia sacramenta sint mysteria & Græci appellant sacramenta in communi mysteria.

Matrimonium est magnum sacramentum in Christo & ecclesia, at per hoc non poterit probare hæreticus, ut sic minus sit sacramentum, nam hic explicat apostolus, quomodo sit rei sacre signum, non solum gratiæ, sed etiam unionis Christi & ecclesiæ.

DE EXTREMA unctione XI

Unctio extrema sacramentum est in Ecclesia dei a S. Iacobo promulgatum.

EE 3

DE EXTREMA

Ioan. 5

Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiae, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Marci 6. Apostoli ungebant oleo multos aegros & sanabant. Hic est materia scilicet unctio olei forma, quia cum oratione, & effectus, s. remissio peccatorum. Est ergo sacramentum, quia signum sensibile sacre rei signum. Nam ad quid aliud fieret unctio. Dionysius determinat eam ca. 7. de ecclesiastica Hierarchia, & Hugo de S. Victore.

Augu. li. 2. de uisitatione infirmorum docet infirmum debere confiteri, communicare, & unctioem sumere, ait enim, Nec pretermittendum est illud apostoli Iacobi preceptum. Infirmatur quis in uobis &c. Ergo sic roges de te & pro te fieri, sicut dixit apostolus Iacobus, Imo per apostolum suum dominus Ipsa uidelicet olei sacrati delibutio, intelligitur spiritus sancti typica unctio.

August. de rectitudine catholice conuersationis D. Qui aegrotat in sola dei misericordia confidat, & Eucharistiam cum fide & deuotione accipiat, oleumque benedictum fideliter ab ecclesia petat, unde corpus suum ungetur.

Obijcit Hæreticus.

V N C T I O N E XI

Apostolus non potest sacramentū instituere. Porro dubitatur de autoritate illius epistolæ. 2

Respondet Catholicus.

Non uideat̄ absonum apostolum auctoritate Christi & iussu spiritus sancti instituere sacramentū, At si etiam Christus illud instituit, tamen Iacobus promulgauit. Et si alioquando dubitatum fuerit de illa epistola, an ab alio fuerit præscripta quam Iacobo, tamen canonicā obtinuit auctoritatem Hieronymo teste, & prima ponitur in canonicis ante Petri & Ioannis & Iudæ epistolas. Quod si ecclesiam non audis hanc epistolā approbantē, iam omnia erunt incerta, quia huiusmodi temerarius, etiam negaret epistolas Pauli. De pri.
De secū.

DE HVMANIS CONSTI- tutionibus XII.

Humana constitutio, Conciliorū & pontificum seruanda.

Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit, qui autē me spernit, spernit eū qui misit me. State & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonē, siue per epistolā nostrā, iubet Paulus seruari traditiones non scriptas. Luc. 10
2. Thes. 2

EE 4

DE HVMANIS CONSTI-

Act. 15

Posse homines statuere, indicant apostoli prohibentes ab immolatis Idolorum sanguine, & suffocato, indicat Paulus, qui tot leges dedit de constituendis episcopis de uidiuis, de mulieribus uelandis, ut non prædicent mulieres, de non deserendo coniuge infideli. Et Paulus homo fuit. Act. 15.

Deu. 12

3. Reg. 7

3. Reg. 17

Imo semper licuit sacerdotibus & presbyteris statuere. Deutero. 12. prohibet dominus ne erigatur altare, nisi ubi sit archa foederis, tamen Samuel existente templo in Sylo erexit lapidem in Masphat. Et Helias erexit in monte Carmelo. Deut. 17. Si iudiciū ambiguum fuerit, supra loco primo.

Mat. 23

Mat. 18

Supra cathedrā Moysi sederunt scribæ & pharisei, quæ dicunt facite. Si ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

2. Cor. 11

Laudo uos fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi uobis, præcepta mea teneris, non autem tradidit eis oīa in scriptis, ut supra. Et huiusmodi præcepta tradita in primitiua ecclesia, scripta & non scripta, testatur Dionysius ca. 1. de ecclesiastica hierarchia, consuetudo in ciuilibus habet uim legis, cur nō in usibus ecclesiæ, quia consuetudo ecclesiæ ualet contra contentiosos. Si quis uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei, super quo ait Hiero. Apostolū

1. Cor. 11

Dionysi.

*In: 2. In factis esse p[ro]p[ri]is amon[is] d[omi]ni
 p[ro]p[ri]etate, ut h[ab]eat h[ab]itum
 R[ati]o q[ui]ndam d[omi]ni festi*

TRADITIONIBVS XII

cum præcepisset mulierem orare uelato capite, præuenit obiectionem, qua quispiam ei dixisset, ubi scriptum est, per hoc quod allegat cōsuetudinem. Venient in nouissimis temporibus illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes. Hoc faciunt hæretici, qui non secundum statuta patrum uiuunt, sed secundum propria desyderia. Hæretici sunt Chamitæ deridentes nuditatē matris ecclesiæ, quia sine expresso textu scripturæ præcipiat. 2. Pet. 3

Cum pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis. Pondera decreta, quod non erat solū decretum de cessatione legaliū. Act. 16

Christus non solū dedit potestatem plātandi ecclesiā per prædicationē, sed etiā regendi & gubernandi, modo illa includit potestatem faciendi statuta pro salutari regimine sine quibus hic nō uiuūt &c.

Attendite igitur uobis & uniuerso gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei. Act. 20

Policarpus ad Philipen. Subiecti estote præbyteris & diaconis sicut deo & Christo. Hierony. ad Luciniū. Traditiones ecclesiasticæ obseruandę sunt, ut a maioribus tradite sunt, unaquæq; prouintia sensu suo

DE HVMANIS CONSTI-

abundet, & præcepta maiorū, leges aposto-
licas arbitret. Extant multi canones in de-
cretis super illa re ex uerbis beati August. c.
ecclesiasticarū c. in his c. catholica, cū simili-
bus dist. 11. Obedite præpositis uestris, &
subiacete eis.

Heb. 13

Obijciunt Hæretici.

Mar. 7

Frustra me colūt docentes doctrinas &
præcepta hominū.

Deut. 4

& 12

Non addetis uerbū quod loquor uobis
nec auferetis ex eo.

1. Cor. 7

Gal. 5

1. Tim. 1

2. Cor. 3

Empti estis precio, nolite fieri serui hoīm,
Si spiritu ducimini, non estis sub lege.
Iusto nō est lex posita. Lex iram operat.
Vbi spiritus domini ibi libertas ad Gala. 4
qua libertate Christus nos liberauit.

Respondent Catholici.

De pri.

Marci. 7

Christū non improbasse traditiones ho-
minū simpliciter, sed quas faciebant cōtra-
rias legi diuinæ, aut relinquebant legem di-
uinā, quia ubi supra sequitur. Relinquentes
enim mandata dei, tenetis traditiones ho-
minū & dicebat illis. Bene irritū fecistis p-
ceptū dei, ut traditionem uestram seruetis.
Sicut ibi declarat & apud Mattheum, Expli-
cat Paulus. Non intendentes mandatis ho-
minū auersantium ueritatem. Constitutio-
nes uero ecclesiæ, augent cultū diuinū, cōcu-
piscenciam carnis coercent, & ad seruanda

Mat. 15

Ad Tit. 1.

TVTIONIBVS XII

diuina præcepta expeditiorem faciunt, ac fraternam charitatem augent.

Nihil addendū est scripturæ quod cor- De secū.
rumpat aut deprauet ipsam, secus quando
promouet ea quæ in sacris literis sunt man-
data uel consulta, nam constitutiones eccle-
siæ si nō sunt in scriptura in propria forma,
tamen emanant ex ea. Acutius soluit quod
ibi prohibentur Tikun Zofrim, & illam so-
lutionem credo ueram, de quo alibi.

Non debent fieri serui hominū, faciēdo De 3
schysmata, ut unus sit Cephe, alter Apollo.

Qui agunt perfecte spiritu, non sunt sub De. 4
lege Mosaica, aut coerciua, egent tamen le-
ge directiua, sicut Adam habuit legem in
paradiso.

Iusto perfecta charitate, qui totus regit spi- De. 5
ritu diuino, non est lex posita pro ea parte Gal. 5
qua est iustus, sed quia caro concupiscit ad-
uersus spiritū, pro ea parte habet legem re-
formantem. Vel dic ut de quarto.

Lex Mosaica irā opatur, si nō adiuuamur De 6
a gratia, gratia aut & ueritas p̄ Iesū Christū.

Libertas euangelica sicut nō excludit po De 7
testatem & obedientiam superioris, ita nec Roma. 13
eius statuta, sed libertas illa opponitur ser-
uituti legis Mosaicæ, seruituti peccati. Ideo
est solum libertas in spiritu, quia non ser-
uit peccatis, & quia ipsa libertas promo-

DE FESTIS ET

Gal. 5

uet bonū, non excludit constitutiones, que
similiter promouent bonum, testatur Pau-
lus. Vos in libertatem uocati estis fratres
tantum ne libertatem in occasionem detis
carnis, sed per charitatem spiritus seruite in
uicem. Et 1. Petri 2. Quasi liberi & non qua-
si uelamen habentes malitiæ libertatem, sed
sicut serui dei.

DE FESTIS ET IEIUNIIS. NON esu carniū. Et gradibus Con- sanguinitatis.

Vnum diem in septimana deo cōsecre-
tum, est omnibus obuium.

Exo. 23

IN lege Moyse adhuc instituit deus alia
fœsta. Tribus uicibus per singulos an-
nos mihi fœsta celebrabitur, Azimorū,
Primitiuorum & Frugum.

Ibidem

Ter in anno apparebit omne masculinū
tuū coram domino deo tuo. s. Paschæ, Pen-
tecostæ & Schenophagiorum.

Leui. 23

Mense septimo prima dies mensis erit uo-
bis sabbatum memoriale clangentibus tu-
bis & uocabit̃ sanctum infra. Decimo die
mensis huius septimi dies expiationū erit
celeberrimus, & uocabitur sanctus. infra. A
quintodecimo die mensis huius septimi, e-
runt feriæ tabernaculorum septē diebus.

In calendis aut, id est mensium exordijs Num. 28
offeretis holocaustū domino.

Et fecerunt dedicationē altaris diebus. 8. 1. Mac. 4

Expende Encænia a Machabeo instituta Ioan. 10
tamen a Christo obseruata.

Colligamus festos dies Iudæorū, præter
sabbata, septem dies azimorū, Paschæ, unū
pentecostes, unum tubarū, unum expiatio-
nis (qui erat in capite anni) septem taberna-
culorum seu Schenophagia, septem Encæ-
niorum seu luminū aut dedicationis, Neo-
menias seu lunationes habebant dies 12. in
Embolismali 13. collecti dies faciunt 35. ubi
tantū tria sabbata incurrunt. Cum aut ma-
iora receperimus beneficia a deo per euan-
gelium, quam iudæi sub lege, cur nō plures
etiam dies agendi gratias habemus. Sabba-
tum est multipliciter a deo præceptū, ut le-
gitur Gene. 2. Exodi 20. Nume. 25. nec in e-
uangelio, nec in Paulo definitum est cessasse
sabbatum, attamen ecclesia instituit diem
dominicū, per traditiones apostolorū sine
scriptura. Dominicæ diei meminit Igna. ad
Philip. in fine. Hierony. de dominica Pa-
schæ, Vniuersa sabbati gratia, & antiqua il-
la festiuitas iudæorū diei istius solennitate
mutata est. Festum diem S. Laurentij coele-
brabant Hypone. Augu. tract. 27. supra Io-
an. euange. Augusti, contra Faustū li. 19.

DE FESTIS ET

Cū quæris sabbati otium cur non obseruat Christianus. Respondeo, Imo id propterea non obseruat Christianus, quia quod figura profitebat, iam Christus impleuit, plura de his Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Gregorius ad Ro.

Act. 15

Ecclesia licite prohibet certos cibos, certo tempore. Abstineatis uos ab immolatis symulacrorum & sanguine & suffocato.

Rom. 14

Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicē custodiamus, noli propter escā destruere opus dei, omnia quidē munda sunt, sed malū est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum, neq; in quo frater tuus offendit aut infirmatur.

1. Cor. 8

Si esca scandalizat fratrem meū, nō manducabo carnem in æternum.

Philip. 4

Leo papa quartus dicit, Vetustissimā esse consuetudinē abstinenti a carnibus, quarta & sexta ferijs. Et ex Hierony. colligitur super epistola ad Gala. & Ignatius testat sancti Ioannis euangelistæ discipulus.

De Ieiunio idem liquet rem esse sanctam propter corporis macerationē, spiritus pertinacis expulsionē, diuinæ gratiæ implorationē, & Christi ieiunantis imitationem.

Mat. 9

Luc. 5

Nunquid possunt filij sponsi lugere, quā diu cum illis est sponsus? Venient autē dies,

*de cibo
iun
delemb*

*de ieiunio
iunio
iunio*

IEIUNIIS XIII

quū auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiuna-
bunt. Illud opere impleuerunt Apostoli.

Ministrantibus illis domino & ieiunan- Act. 13
tibus, dixit illis spiritus sanctus.

Cū constituissent illi super singulas eccle Act. 14
sias præsbyteros, & orassent cū ieiunanti-
bus, commendauerunt eos domino.

In omnibus exhibeamus nos sicut dei 2. Cor. 6
ministros in multa patientia, in laboribus,
in uigilijs, in ieiunijs.

Ninuitæ induxerunt ieiuniū. Ionę. 3

Tu cū ieiunas unge caput tuū, & faciem Mat. 6
tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans
sed patri tuo qui est in abscondito & pater
tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Ec-
ce ieiunium meritorium.

Idem de Quadragesima. Mat. 4

Cū ieiunasset Iesus quadraginta diebus
& quadraginta noctibus, postea esurijt.

Ignatius ad Philippen. Quadragesimam
uero nolite pro nihilo habere, imitationem
enim cōtinet conuersationis dei. Cōfirma-
uit Thelesphorus papa uicinus tēporibus sermone
apostolorū. Itē Ambro. in multis sermoni- 34. & se-
bus. Concilia item Agathense & Aurelia-
nen. Origenes homi. 10. super Leui. Habe-
mus dies quadragesimæ ieiunijs consecra-
tos. Hierony. aduersus Montanū. Nos qua-
dragesimā secundum traditionem aposto-
lorum, toto anno ieiunamus.

DE FESTIS ET

*De gradibus
consanguinitatis*

Gradus consanguinitatis impediunt matrimonium. Gregorius episcopus Gallie, progeniem suam unum quęq; usq; ad septimam obseruare decernimus generationem, & quę diu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus quod si fecerint, separentur. Conciliū tamē generale reduxit ad quartū gradum.

Ambro. li. 8. epistolarū docet, non oēs gradus illicitos a lege fuisse expressos, quia pater non prohibetur ducere filiam, & tamen non licet. Ante tempora beati Gregorij dispensabant etiā in secundo gradu, scribit enim Augustino Anglorum episcopo, Quædam lex Romana permittit, ut siue fratris uel sororis, seu duorum fratrum germanorum, filius & filia misceantur, sed experimēto didicimus ex tali coniugio sobolem non succrescere.

Obijciunt Hæretici.

Mat. 15

Non quod intrat in os, coinquinat hominem, hunc locum torquebant & Manichæi hæretici contra delectū ciborum Augusti. li. 16. Contra Faustū. Omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendum, quod cū gratiarum actione percipitur. Et ibi uocat doctrinam dæmoniorū & mendacem, abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendū cum gratiarū actione fidelibus.

i. Tim. 4

I E I V N I I S XIII

Omnia munda mundis, coinquinatis au **Ad Tit. 1**
tem & infidelibus nihil est mundum.

Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in po **Colos. 2**
tu aut in parte diei festi, aut Neomeniæ aut
sabbatorū, quæ sunt umbra futurorum.

Spiritu facta carnis mortificaueritis, ui- **Rom. 6**
uetis, non dixit ieiunij.

Christus in euangelio non præcepit di- **Act. 15**
scretionem ciborum, quid ergo imponitis
hæc onus fidelibus. Libertas christiana
non patitur hæc onera seruitutis.

Respondent Catholici.

Nihil hic dicere Christum de ieiunio, sed **De pri**
tollere errorem Iudeorū qui credebant ci-

bos non lotis manibus tactos fieri immun- **Mar. 7**
dos, & cōmedentem hunc cibū fieri immū

dum, ut liquet ex Matth. & Marco, hanc
stultitiam reijcit Christus, cibos illotis ma-

nibus tactos non inquinare comedentes,
Alioquin comedens suffocatum tempore
apostolorum aut uenenū scienter, non fuif-

set coinquinatus. **Dea**

Non uoluit apostolus iudaica obseruan-
tia aliquos cibos esse perpetuo prohibitos,
ut carnem suillam (demptis decretis in con-
cilio apostolorū) at ecclesia credit omnem
creaturam dei bonam, licet pro tempore
ad mortificandum ueterem hominem præ-
cipiat ab aliquibus abstinere.

DE FESTIS ET IEIUNIIS XIII

Porro hic nō tractat apostolus de ieiunio uel maceratione carnis, sed quia Tatiani & alij Hæretici dicebant certas res esse creatas a principio malo, Paulus hoc destruit, quia omnis creatura dei sit bona, & cum gratiarum actione sumenda, quod facit catholicus, licet non pro omni tempore nec Paulus hoc præcipit pro omni tempore.

De 3

In lege aliqua animalia erant immunda per significationem, Iudæi crediderunt per naturam, destruit errorem. Paulus, quia fidelibus oia sint munda, & pro tempore commendanda, at quod non liceat abstinere pro tempore, hoc nō prohibet apostolus. Unde S. Iacobus minor nunquā est usus carnis uel uino autore Egesippo.

De 4

Similiter dicatur, nam noluit fideles ritu iudaico iudicari in cibo, potu, & festis.

De 5

Spiritu facta carnis mortificant, at spiritus iuuat, sic caro ieiunijs crucifigat, sicut dicit Paulus. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt.

1. Cor. 9

De 6

Castigo corpus meū & in seruitutē redigo.

Etiam si Christus non docuit aliquando abstinendū a carnibus, hoc non refert, quia ipse docuit magis necessaria ad salutem, sed quæ expediunt & promouent salutem, reliquit magisterio spiritus sancti & ecclesiae, & illa non omnia per se explicuit.

De 7

Dicit in puncto superiori de cōstit. huma.

DE VENERATIONE

sanctorum

XIII

*Oratio de honorandis
sanctis quod dicitur
in missa
propter
sancti
consuetudine*

*quibus
propter
sancti
consuetudine*

Sancti ut amici dei sunt implorandi, ut pro nobis intercedant, & licet sancti non sint adorandi latria, quia soli deo debetur, tamen uenerandi sunt dilya.

Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui in caelis est. Si ergo deus honorificat sanctos, cur nos non honoremus sanctos. Ioan. 12

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Psal. 138

Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Hier. 15

Ite ad seruum meum Iob, & offeret holocaustum pro uobis, faciem eius suscipiam, ut non imputet uobis stultitiam, & infra. Dominus quoque conuersus est ad poenitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Iob 5. Iob. 42

Vocata ergo, si quis est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Dixit Iacob, & inuocetur nomen meum super eos, & nomina patrum meorum Abraham & Isaac. Gen. 48

Domine omnipotens deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum. Baruch. 32

Vidit Iudas Machabeus Oniam manus prestantem, orare pro omni populo Iudeorum, post hoc uidit alium uirum gratie & gloria miramur. 2. Mac. 15



DE VENERATIONE

bilem, de quo dixit Onias, hic est fratrum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & uniuersa sancta ciuitate. Hieremias propheta dei.

Mat. 25 Quoadiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis, itaque honor exhibitus sanctis, exhibetur deo.

Psal. 31 Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Hebraei legunt, omnis misericors beati autem sunt sancti & misericordes.

1. Reg. 14 Absolon reconciliatus patri, per biennium tamen moratus Hierusalem non uidit faciem patris sui, sic peccator reconciliatus deo, non statim se praesentat deo, sed per mediatores & intercessores.

3. Reg. 2 Salomon thronum matris suae iuxta thronum suum collocari praecipit. Verus pacificus Salomon Christus, honorans matrem

Psal. 33 suam idem facit. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum & eripiet eos.

Psal. 90 Angelis suis mandauit de te, ut custodi-

Apoc. 6. ant uias tuas. Quatuor animalia & 24. seniores caeciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum quae sunt orationes sanctorum.

Apoc. 8. Angelus stetit ante altare habens turibulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum dei

SANCTORVM XIII

& ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu angeli coram deo.

Omnes sunt administratorum spiritus qui in ministerium mittuntur propter eos, qui heredes erunt salutis. Angeli ergo suffragantur nobis, cur igitur eorum suffragia & ministeria non licet implorare.

2o pro baptiz
duplici r. in rione
Christus intercedit pro nobis secundum humanitatem ad deum patrem. Quia & Christus Iesus interpellat pro nobis. Iesus semper eternum habet sacerdotium, unde & saluare imperpetuum potest, accedens per semetipsum ad deum semper uiuens ad interpellendum pro nobis, si ergo caput Christus orat pro nobis, cur non etiam membra eius, sancti cum eo rogantes, qui se conformant Christo.

Viui orant pro inuicem, & impetrant sepe.

Orate pro inuicem ut saluemini, & adducit orationem Helyæ 3. Regum 17. *2o r. in rione*

Moyse orauit Exodi 17. & 32. Centurio Luc. 7. Paulus pro conuigantibus Act. 27.

Si ergo uiui orant pro inuicem, cur etiam beati mortui hoc non facerent, qui sunt in charitate perfectiores, & apud deum potentiores, & mente puriores. Aut ergo sancti non orant pro nobis, sicut uiui, quia est res eis indigna, itaque non conueniet Christo, aut quia est res tantae excellentiae, quod soli Christo & non alijs conueniet, ergo non conuenit uiuatoribus.

FF 3

DE VENERATIONE

*in pharis
officiis
ad*

*in sup idm
Bq t m un
quom me
yod no tam
elebrum to
te ad yam
fam a abra
vr eob rone
omib que ad
id olib q t p
yur vr cha
omib sed
vr vr orat
mohis vr coy
y6 ad herca
17*

Bernardus super Can. de hæreticis sui tēporis, Irrident nos quod in fonte baptisamus & sanctorū suffragia postulamus, atq; Christū in utroq; sexu tam in mortuis quā in uiuis proscribere uolunt, nam & mortuos uiuentiū fraudant suffragijs, & uiuentes nihilominus sanctorū qui discesserunt auxilijs spoliant. Vigilantius dixit, quod dū uiuimus, mutuo p uobis orare possumus, postquā aut mortui fuerimus, nullius sit p alio exaudienda oratio, refert Hierony. & improbat. Sic enī pugnat Hiero. cōtra Vigilantiū. Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possent orare pro cæteris, quādo pro se adhuc debent esse solliciti, quāto magis post coronas & triumphos.

Et est illa radix inuicta, quia ex charitate tenemur orare pro inuicē, sed sancti in cælo habent auctiorē charitatē ad nos, quā uiatores. Dionysi. ca. 7. ecclesiasti. hierarchiæ. Si quis spernat sacrosanctā disciplinā atq; in fœlicielatione se ductus dignū se arbitretur diuina familiaritate sanctosq; despiciat &c. hic si intento careat desyderio imperita postulatione per se nunquā potietur. Attestatur usus totius ecclesiæ, & patres sancti per omnia Christianorū sæcula, tot miracula euidentiſſima, & festiuitates ab ecclesia de sanctis institutæ. S. Sauinianus erexit eccle

*in pharis
epiditue
lesie*

SANCTORVM XIII

fiam S. Petro uiuo, condidit & alias duas in honore S. Stephani & S. Ioannis baptistæ.

Obijciunt Hæretici.

Solus inuocandus est Christus & deus, quia solus sufficit, solus est liberalissimus & misericordissimus, plus nos amans, quam sancti omnes.

Si quid petieritis patrē in noīe meo dabit uobis. Petite & accipietis, quærite & inuenietis. Omnia quæcūq; petieritis in oratione credentes accipietis.

Ioan. 6
Luc. 1
Mat. 21
Heb. 4

Adeamus cū fiducia ad thronū gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

Igit̄ accedere debemus ipsum patrē misericordiarū & deus totius cōsolatōis ac fontem gratiarū potius quam sanctos.

2. Cor. 1

Vnus est mediator dei & hominū, Christus Iesus, cur ergo nos uolumus facere plures mediatores sanctos.

1. Tim. 2

Porro quod de Baruch & Machabæis fuit adductū, dicunt illos libros non esse canonicos. Hiero. in prologo super puerbia.

Ad Hieremiam respondet Zuuinglius hæreticus. Si Moyses & Samuel adhuc in humanis essent ac pro populo isto intercederent, uinceret indignatio gratiam.

Diluunt̄ ista per Catholicos.

Hæreticos hic sophismatibus deceptos

DE VENERATIONE

ex eo liquet, quod aliqua per eos inducta, æque tollunt intercessionem Christi, & oīa tollunt, æque preces uiuorū, sicut mortuorū, quorū tamen intercessionem negare nō audent, quantūuis impj & blasphemj.

De pri.

Fatemur petendū, petendū in nomine Iesu, petendū cum fiducia, at illa nō excludūt sanctos quia & per sanctos uelut membra petimus in nomine Iesu eorū capitis. Et licet deus sit optimus misericordissimus, tamen est ordinatissimus, disponit omnia sua uiter, & inferiora per media ducit ad superiora ait Diony. sic ad 1. 2. 3. 4.

De quin.

Omnino placet accedamus fontem gratiæ & patrem misericordiarū, at cōmodius faciemus illud per sanctos, quia deus noster ignis consumens est, merito timemus, ne pereamus a facie eius, sicut fluit cera a facie ignis, ob hoc mediatores quærimus & intercessores.

Deut. 4
Heb. 12

De 6
Act. 4

Vnus est mediator redemptionis Iesus Christus quia ille solus redemit genus humanum, non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluari, sed plures sunt intercessores.

De 7

Oēs canones ecclesiæ de canonicis scripturis enumerant Machabeos, quare ostēdant hæretici, ubi indicatū sit libros canonicos esse, & inuenient istos, Licet in synago

SANCTORVM XIII

ga, non fuerint canonici ut testis est Augu-
stinus. Et cū canon de libris sit æditus in cō-
cilio Mileuitano, forte nondū peruenit ad
Hierony. Hoc est hæreticorū proprium
torquere scripturā, nam cū ipsi semper exi-
gant claras scripturas, & nullas admittant
glossas, cur iam allata clara scriptura, extra-
riam adfert glosam, deus dicit si starent, nō
dicit si uiuerent & starent, potissimū, cū illa
glosa non sit fundata in scriptoribus, in cō-
cilijs, in sanctis patribus, sed somniata ex in-
docto & insano cerebro Zuuinglij sangui-
nolenti hæretici.

Augu. li. 20. ca. 21. Populus christianus
memorias martyrorū religiosa solennitate cō-
celebrat, & ad excitandā imitationem, & ut
meritis eorū confotietur orationibus adiu-
uet, ita tamen ut nulli martyrorū, sed ipsi deo
martyrum, quamuis in memorias marty-
rum constituamus altaria. Vide sequentia

DE IMAGINIBVS CRVCIFIXI

& sanctorum. XV

*de imaginibus
ipititione*
Licet genus Iudæa esse propensior in I-
dolatriam, tamen imagines aliquas de
Lus eis præcepit Exodi 25. Duos quoq;
Cherubin aureos & productiles facies ex
utraq; parte oraculi, Cherubin unus sit in la-
tere uno, & alter in altero, Numeri 21. loqu-

FF 5

DE IMAGINIBVS CRVCIFIXI

Iosu,ulti. 1. Reg. 7
Iosu, 22

tus est dñs ad Moysen fac serpentem æneū
pone eū pro signo, Leui. 26. Nō facietis uo
bis Idolum & sculptile, nec titulos erigētis,
nec insignem lapidem ponētis in terra ue-
stra, ut adoretis eū, Et tamen Iosue moritu-
rus posuit lapidem prægrandē subter quer-
cum, quæ erat in sanctuario domini, simili-
ter Samuel, sic permissum est altare filijs
Ruben & Gad.

Damascenus li. 4. Affirmat nos habere
usum imaginū ex traditione apostolorū.

Eusebius li. 1. ecclesiasticæ historiæ, & Da-
mascenus referunt, Christū misisse imaginē
uiuificæ faciei suæ Abagaro Edesenorū re-
gi, Iasseruatur Genuæ in ecclesia sancti Bar-
tholomei.

S. Lucas uirginē Mariā depinxit, ut cele-
bris fama est per ecclesiā, approbatus fuit
imaginū usus in cōcilio Nicæno secundo.
In Constantinopolitano sub Hierene, in tri-
bus concilijs Lateranen. sub Grego. 2. & 3.
& Stephano & in concilio Franckfordensi
ad Menū hæresis Fœliciana fuit damnata,
quā spurij ecclesiæ suscitare nituntur.

Græci imperatores centū annis tyranni-
ce impugnarunt usum imaginum, & fuit po-
rior causa transferendi imperiū in Germa-
nos. Beda inquit, imagines fieri in ecclesia
dei, nulla diuina litera uetuit.

SANCTORVM XIII

Carolus magnus quatuor libros scripsit
cōtra uolentes tollere imagines, unde Thu-
ricenses fundatorē eorum & patronū Caro-
lum potius sequi debent cū ecclesia catholi-
ca, quam hæreticū Zuuinglium.

de vi
uitate
magi

Vtilitas imaginū est, quod instruunt sim-
plices, admonent scientes, afficiunt oēs. De-
cet enim deū uisibilem factū in humano ha-
bitu, uisibili imagine præsentari. Et Lutter
uel in hac parte sapit, quod Carlstadiū ima-
gines destruentem & delentem ex Saxonia
curauit proscribi, & pro uiribus hæresi foe-
licianæ resistit.

Lutter cōtra Carlstadiū sic inquit. Imagi-
nes rememoratiuas aut testimoniales, sicut
sunt imagines Crucifixi & sanctorū proba-
tum est esse tollerandas, etiam in lege, Et nō
solū tollerandas, sed quādiu memoria & te-
stimoniū in eis durat, tunc sunt laudabiles
& honorabiles sicut statuæ Iosuae & Samu-
elis.

Obijciunt Hæretici.

Nō facies tibi sculptile, neq; oēm similitu-
dinē quæ est in cœlo desuper, & quæ in ter-
ra deorsum, nec eorū quæ sunt in aquis sub
terra, Simile dicit Exodi eodē in fine. Deut.
4. & 5. & 27. & multis alijs scripturis Vete-
ris testamenti

Exo. 27

Ezechias confrēgit serpentem æneū, quē
fecerat Moyses, Christus p̄misit uenire &

4. Reg. 18

DE IMAGINIBVS CRVCIFIXI

Ioan. 4 nunc tempus esse, quod ueri adoratores adorent deum in spiritu & ueritate, spiritus autem non afficitur imaginibus.

Porro subest periculū Idolatriæ sub imaginibus & immundorū cogitatuū. Balthasar Hiebmair qui se Fridberger iam nominat nouicius hæreticus hoc cornutū facit argumentū. Aut præceptæ sunt imagines, & tunc ostendatur scriptura, aut non sunt præceptæ, & tunc nihil ualent.

Respondent Catholici.

De prim. Deum præcedentibus & sequentibus explicare mentem suā, nam sicut prohibuit uenerari deos alienos, ita prohibuit imagines illorū, at quia nos sanctos nō habemus pro dijs, non prohibemur illorū facere imagines, Nam ante uerba citata inquit. Nō habebis deos alienos coram me. Non facietis sculptile &c. sequit̃. Non adorabis ea neq; coles, Ecce in illū finem non debent fieri, & ita Lutter met intelligit, Quod si Leo lud Thuricen. Iudaico more literæ affigitur, qđ absolute facere imagines sit prohibitū. Cōsectarium esset Salomonem peccasse, quando fecit 12. leunculos in solio suo, peccasse sculpendo boues in mari fusili, & leones & boues cherubin in basibus æreis, quis est tā hebes, ut credat nullum fuisse pictorem, nullum sculptorem in Iudæa quis tunc sculpsit

2. Para. 5

3. Reg. 17

3. Reg. 6

ET SANCTORVM XV

cherubin. Et in moneta ait Christus, cuius est hæc imago, Marci 12

Quod Ezechias destruxit serpentem, fu De secū.
it causa huius abusus populi idolatrantis, nam in loco eodem sequit. Siquidē usq; ad illiud tempus filij Israel adolebant ei incensum, Vnde si cōstaret de abusu alicuius imaginis, illa deberet aboleri, abstulit ergo serpentem, non quia imaginē, sed quia iudæi adorabant.

Adorandū deum dicimus potissimū in De 3
spiritu & ueritate, quod ut faciamus, imagines nos admonent, & ad memoriam reducunt, Nam spiritum nō excludere signa sensibilia, indicium nobis præstant sacramenta quæ sunt in sensibilibus signis instituta.

Nullū periculum subest idolatriæ, quia De 4
facillime possunt instrui simplices ad rectificandā eorū intentionem, puta quod uenerationē referant non ad imaginem ipsam sed ut Basilius docet ad prototypū, lasciuia pictoribus inhibenda est.

Liquet ex puncto primo & secundo, ac De 5
quarto quā uere cornutū sit hoc argumentum muscæ illius Aegyptiacæ, non est hoc præceptū in scripturis, ideo non obseruandum, quinimo hoc cornu eū impetamus, aliquid esse in scripturis præceptū, & tamē nō obseruandū, ut de sabbati sanctificatio-

DE MISSAE

ne, de nō comedendo sanguinē suffocātū &c. Sufficiat catholico, quod ecclesia cōstituit imagines sanctorū uelut utiles & expedites poni debere in ecclesia, & cornua peccatorū confringant, Dicā ei dominicam diem celebrare aut est præceptū & ostendatur scriptura, aut nō est præceptū, itaq; nihil ualet quod nec hæreticus dicet.

DE MISSAE

Officio. XVI

Quomodo a columnis ecclesiæ instituta sit Missæ actio ceremoniosa (ut ita loquar) ex sancto Dionysio apostolorū discipulo liquet, At quia hæretici noui inauditā in ecclesia dei inuenerunt hæresim, missam non esse sacrificiū, Contrarium ex scripturis probat.

Malac. 1 Non est mihi uoluntas in uobis, nec munus accipiā de manu uestra, A solis enī ortu usq; ad occasum, magnum est nomē meū in gentibus, & in omni loco sacrificat & offertur nomini meo oblatio munda.

Prædixit propheta hic cessationē sacrificiorū legalium, & institutionē sacrificij nouæ legis. Non poteris illud dicere solū fuisse in cruce, quia dicit sacrificari in omni loco, & loquit tamen de una oblatione, & non est aliud sacrificiū, nisi corpus Christi, toties in

OFFICIO XVI

missa repetitum. Quando dixit de aduentu Malac. 3
messiæ subdit, Et purgabit filios Leui, & co-
labit eos quasi aurū & quasi argentū, & e-
runt domino offerentes sacrificia in iustitia
& placebit dño sacrificiū Iuda & Hierusalē,
sicut dies sæculi & anni antiqui. Ecce salua-
tor purgavit sacerdotes Euangelicos ut of-
ferant sacrificia, non in sanguine, sed in iusti-
tia. dicit glo. ordi. id est Eucharistiam.

Eligent & dealbabitur, & quasi ignis pro Dan. 12
babunt multi & impie agent impij, neq; in-
telligent omnes impij, porro docti intelli-
gent, & a tempore cū ablatū fuerit iuge sa-
crificiū, & posita fuerit abominatio in deso-

lutionem, dies mille ducenti nonaginta. Il- Mat. 24
lud esse implendū testatur Christus, iuge sa-
crificium in aduentu abominationis, id est,
antichristi cessabit uniuersaliter ferme per
quatuor annos, cum desolatae erunt eccle-
siæ, Itaq; qui in particularibus ecclesijs faci-
unt cessare iuge sacrificiū missæ sunt præcur-
sores antichristi.

Omnis nāq; pontifex ex hominibus as- Heb. 5
sumptus, pro hominibus constituit, in his
quæ sunt ad deum, ut offerat dona & sacri-
ficia pro peccatis, qui condolere possit his,
qui ignorant & errant, quoniam & ipse cir-
cumdatus est infirmitate, & propterea de-
bet, quemadmodum pro populo, ita etiam

DE MISSAE

pro seipso offerre, pro peccatis. Hic apostolus diffinit præcipuū officiuū unum pontificis s. offerre pro peccatis, Et quum hæretici negant unum posse offerre pro alio Paulus docet eū offerre pro peccatis populi & sui.

Ab apostolis traditam missam ostendit, q̄ Ignatius apostolorū discipulus qui uidit Christū, ad Smyrnenses (inquit) propterea non licet sine episcopo neq; sacrificiū imolare, neq; missas celebrare. Et quia nullū est sacrificiū reale noui testamenti (quia cor cōtritū semper est sacrificiū) nisi corpus Christi, & tamen in uete. Testamento plura fuerunt sacrificia, omnia Christi sacrificiū representantia. Hireneus Lugdunensis li. 4. ca. 32. Eū qui ex creatura panis est, accipit & gratias ægit dicens. Hoc est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura secundū nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quā ecclesia ab apostolis accipiens, in uniuerso mundo offert deo, uir sanctus & temporibus apostolorū uicinus, non potuit clarius loqui. Cyprianus martyr Cæcilio fratri scribit. Admonitos aut nos scias, ut in calice offerendo dominica traditio seruetur, neq; aliud fiat a nobis, quam quod pro nobis dominus prior fecit, ut calix q̄ in cōmemorationē eius offerri, mixtus uino offe

OFFICIO XVI

facur. Hæc uerba repetit beatus August li. 4. de doctrina Christiana. Et ita missam dicit sacrificiū Chrysostomus super Matt. super epistola 2. ad Timoth. super epistola ad Hebræos. Similiter beatus Ambrosius, August. sæpissime, Gregorius & aliij.

S. Andreas ad procōsulem dixit, se quotidie offerre deo omnipotenti agnū immaculatū. Ita obseruant omnes Latini, Græci, chaldæi, etiam Scysmatici, Hæretici, demptis nouis illis dogmatistis.

De fide
ad Petrū
ca. 7.

Vide latius librū nostrū de sacrificio missæ.

Obijciunt Hæretici.

- 1 Vna oblatione cōsumauit in sempiternū Heb. 10
- 2 sanctificatos. Qui non habet necessitatem Heb. 7
quottidie, quemadmodū sacerdotes primū pro suis delictis hostias offerre deinde pro populi, hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Christus per propriū sanguinem Heb. 9
introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Nunc aut semel in cōsummatione sæculorū ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. In qua uoluntate Heb. 10
sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Missa est testamentū non sacrificiū, hic est sanguis noui testamenti, referunt Mat. & Mar. Hic calix noui testamentū in meo sanguine. Quomodo ergo potest fieri sacrificiū ex testamento. Mis

Mat. 26

Mar. 14

GG



D E M I S S A E

sa est bene recordatio sacrificij & oblationis, ideo Christus non dixit offerre, sed hoc facite in meam cōmemorationem.

Respondent Catholici.

De pri.

Textus apostoli expressos & manifestos torquent hic hæretici cōtra missam, Vnde gemina est oblatio Christi. Vna qua corpus suū uiuum obtulit in ara crucis, pro salute generis humani & oībus peccatis & de illa sentit apostolus, ostendens excellentiā huius sacrificij, ultra sacrificia legis, quoniam sicut semel mortuus est, ita semel oblatus est. Alia est oblatio, qua fit repræsentatio dominicæ passionis & oblationis, ubi sacerdos in persona ecclesie præsentat deo patri oblationem factam per filiū in ara crucis. Et ideo recte dicit oblatio recordatiua, Et ita sub sacramento quotidie offerit recordatiue, sicut oblatus est semel in cruce. Tertia est mere recordatiua, quæ fit in die parasceues. Et illam secundam oblationem faciunt sacerdotes iussu Christi, Hoc facite in meam cōmemorationem, nam hoc facere non solū refertur ad sumptionem & oblationem, alioquin per illa uerba non dedisset eis potestatem consecrandi. Christus semel oblationem perfecit in ara crucis, & effectus eius quotidie deriuat ad nos, cū sacerdos in persona ecclesie præsentat deo pa

OFFICIO XVI

eri memoriam huius oblationis. Hinc fit uē
 dū prima oblatio meriti fuerit infiniti, secū
 da limitata est & finita. Liqueat iam cōtra he
 reticos, missam nō solū repræsentare cœnā
 dominicam, sed & passionē, mortem & ob
 lationem. Similiter dicatur ad quatuor se
 quentia, loquuntur enim de prima oblatio
 ne, liquet ex Chrysolto. dicente de hostia
 Christi. Et quia semel oblata est illa, oblata
 est in sancta sanctorū, hoc aut sacrificiū ex
 emplar est illud in ipsū semper offerimus,
 nec nunc quidem alium agnū, crastina aliū,
 sed semper id ipsum, proinde unū est hoc sa
 crificiū. infra. Sicut enim qui ubiq; offer
 tur, unū est corpus, non multa corpora, ita
 etiam & unum sacrificiū, pontifex aut no
 ster ille est, qui hostiam mundantem nos,
 obtulit, ipsam offerimus & nunc quæ tunc
 oblata quidem, consumi non potest. Hoc
 aut quod nos facimus, in cōmemorationē
 quidē sit eius quod factū est. Ecce quomo
 do quotidie offerimus unam oblationem
 quæ semel oblata est, licet modus offerendi
 per recordationem & repræsentationē lon
 ge differat a prima reali oblatione.

Missā esse testamentū pprie dicere nō pos
 sumus, quia & corpus Christi ibi cōsecrat,
 & tamen non dicit nouum testamentum.
 Igitur de sanguine quod dixit esse nouum

de 2. 3. 29

Des



DE MISSAE OFFICIO XVI

Heb. 9
Exo. 24

testamentū, intelligatur confirmatiue, ut si-
cut Moyses uetus testamentū confirmatu-
rus accepit sanguinem uitulorū & hircorū
&c. & asperlit omnem populū dicens. Hic
sanguis testamenti, quod mandauit ad uos
deus. Ita Christus sanguine proprio confir-
mauit testamentū nouū & introiuit in san-
cta sanctorum. Porro multa sunt noui testa-
menti quæ non pertinent ad missam, ut ba-
ptismus, clauis sacerdotalis. Præterea, non
sequit̃, quia missa est Testamentū, ideo non
est sacrificiū, ut prosequitur rex Angliæ, Et
testamentum secundū ap̃m inuoluit mor-
tem testatoris, & missa est testamentū, tunc
inuoluit mortē testatoris, & ita oblationē.

Heb. 9

De 6

Missæ est recordatio passionis Christi, nō
nudæ, sicut aliquis laycus simpliciter cōmu-
nicat, sed est huiusmodi memoria, quod ibi
est actio repræsentatiua totius passionis, &
hoc dixit Christus facite. Non solū dixit su-
mite, sed facite hoc est (coniunctis priori-
bus & sequentibus) consecrate, offerte, su-
mite. Sicut igitur iuge fuit sacrificiū in uete-
ri testamento, ita sit iuge sacrificium in lege
gratię Christus Iesus saluator n̄r, nisi dum
Antichristus aduenerit, tunc cessabit ad tē-
pus.

DE VOTIS. XVII

Vota esse reddenda scriptura docet, na-
tura dicitur & honestas imperat.

*p̄m;
h̄vian*

DEVOTIS XVII

Vouete & reddite domino uestro omnes q̄ in circuitu eius offertis munera. Psal. 75

Vota mea reddam in conspectu oīm &c. Psal. 21

Tibi reddam uota mea, q̄ distinxerūt &c. Psal. 65

Ista est lex Nazarei. Cū uouerit oblationē suam domino tempore cōsecrationis suæ, & ab initio, Vir siue mulier cū fecerint uotū ut sanctificentur, & se uoluerint domino cōsecrare a uino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt, infra. Uuas recentes siccasq; non cōmedent &c. Nouacula non ascendar super caput eius. Num. 6

Si quid uouisti deo, ne moreris reddere, displicet ei infidelis & stulta promissio, sed quodcūq; uoueris reddere, multoq; melius est non uouere, quam post uotum, promissa non reddere. Eccle. 5

Adulescentiores uirgines deuota, cū enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt habentes damnationem, quia primā fidem irritam fecerunt. Si uiduæ iuniores damnationem habent, quia primā fidem irritā fecerunt, quid tunc de Monachis fratribus & Nonnis nostris Lutteranis. 1. Tim. 5

Cū uotum uoueris domino deo tuo, non tarderis reddere, quia requireret illud dominus deus tuus, & si moratus fueris, reputabit tibi in peccatū, si nolueris polliceri absq; Deut. 23

D E V O

Luc. 1 peccato eris. Maria uouit castitatem.
Quomodo fiet hoc quoniā uirū nō cogno-
sco, id est uirginitatē seruare nō propono.

Hiere. 35 Rechabitarū dixerunt. Nō bibemus uinū
quia Ionadab filius Rechab pater noster p-
cepit nobis dicens, Non bibetis uinū uos
& filij uestri usq; in sempiternū, & domum
non ædificabitis, & sementem non seretis
& uineas non plantabitis nec habebitis, sed
in tabernaculis habitabitis cunctis diebus
uestris &c. & cōmendant̄ ibi a domino. Et
uota perpetua esse meliora propter perseue-
rentiam.

Philip. 1 Cōfido in hoc ipsū, quia q̄ cœpit opus bo-
nū in uobis, p̄ficiet usq; in diē Iesu Christi.

Philip. 4 Omnia possum in eo qui me confortat.
Esa. 56 Hæc dicit dominus eunuchis, qui custo-
dierint sabbata mea & elegerint q̄ ego uo-
lui, & tenuerunt fœdus meū, dabo eis in do-
mo mea & in muris meis locum & nomen
melius a filijs & filiabus, nomen semper-
nū dabo eis, quod non peribit.

Mat. 19 Sunt eunuchi qui seip̄os castrarūt p̄pter
regnū cœlorum, qui potest capere capiat.

1. Cor. 7 Dico autē non nuptis & uiduis, bonū est
illis si sic p̄manserint sicut & ego, quod si se
non cōtinent nubant. infra. De uirginibus
præceptū domini non habeo, consiliū autē
do tanquā misericordiam consecutus a do

T I S XVII.

mino, ut sim fidelis. Constat iam iure diuino licitum esse uouere, & præceptū exequi, de continendo, de non bibendo uinū &c. De quo latius insequentibus.

Obijciunt Hæretici.

Christus donauit nobis libertatem, uota redigunt in seruitutem. 1

Christus uoluit consilia esse libera, & uotarij faciunt illa præcepta. 2

Sunt ad inuentiones humanæ & addunt ad scripturam Deut. 12. Non addas ad uerbum quod locutus sum, nec minuas. Apoc. 22. Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illū plagas scriptas in hoc libro. 3

Vota non renouant internū hominem, sed solū exteriora opera, quæ magis hypocritas faciunt, quam sanctos, ideo dixit Paulus, exerce te ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicū utilis est, pietas autē ad omnia ualet. 4

Porro opera illa externa extinguunt fidem, eneruant spem, cū illis fidiť, plus quā misericordiæ dei. 5

Votarij traditiones suas pluris ducunt, quam mandata dei Luc. 11. Ve uobis scribæ & pharisæi, qui decimatis mentam & rutā, & quod uis olus, & præteritis iudicium & charitatem dei. 6

GG 4

D E V O

7 Baptismo fidelis est astructus ad regulā euangelicā, præsumptuosum est se uelle ad maiorem regulam coartare, cum omni conatu non possit plus præstare.

Depri. Responder uotarius Christianus.
Vota bene redigunt in seruitutem Christi, at hæc seruitus est summa libertas. Imo seruire deo est regnare cū ipso.

De. 2 Consilia sunt libera in cōmuni, sed accedente promissione fiunt obligatoria, de hominibus ait prætor pactum seruabo, cur deo pacta non seruaremus. Ideo deus non præcipit uota fieri, sed uota reddi.

De 3 Etsi regulæ monachorū & fratrum ab hominibus sunt conditæ, fluunt tamen & fundantur in sacris literis, nam in his nihil aliud habetur, quam saluberrima monita euāgelij & cōpendiariæ illius uix.

De 4 Quomodo nihil debeat addi sacris literis fuit dictū puncto 12. obiectione 2.

Opera externa a regulis dictata, non renouant hominem internū tamen adiuuant spiritum, ne nimitū corpus aggrauet animā Quæ si fiant solum ut uideantur ab hominibus hypocritica sunt, si ad gloriam dei laudabilia. Apostolus non uult nihil esse exercitationem corpoream, sed modicam esse si ad pietatem conferatur.

De 5 Adeo externa opera non extinguunt fidē,

T I S XVII.

ut illis maxime nutriañ, quia fides sine ope- **Iac. 2**
ribus mortua est, at si quis in operibus præ
sumeret. Iam ille merito reus esset, si feceri-
tis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite
quia serui inutiles sumus. **Luc. 17**

Qui negligunt præcepta dei malefaciunt **De 6**
siue sint religiosi siue layci.

Vt commodius religiosi perficiant præ **De 7**
cepta euangelica & quod in baptismo pro-
miserunt ideo uouent regulas tanquã pro-
mouentia, ut expedite deo seruiant.

Copiose de his in Schatzgero.

D E C O E L I B A T V
clericorum XVIII

CVm in superiori puncto Christus lau- **Cœlibatus**
dauerit se castrantes propter regnũ **7**
dei, & Paulus uirgines, sequitur im-
probantes cœlibatum Christũ & Paulum **8**
conculcare. Scortũ & uile prostibulum **9**
non ducet uxorem nec eam quæ repudiata **Leui. 21**
est a marito, quia consecratus est a deo suo,
& panes propositionis offert, sit ergo san-
ctus, quia & ego sanctus sum dominus qui
sanctifico uos. Et hodie offerentibus panẽ
uiuum, qui de cœlo descendit. Ludder per-
mittit concubinas & scorta ducere.

De summo sacerdote uirginẽ ducet uxo- **Ibidem**
rem, uiduam autẽ & repudiatam & sordi

DE COELIBATV

- Eze. 44** dam atq; meretricem non accipiet.
Et uiduam & repudiatam non accipient uxores sed uirgines de semine domus Israel sed & uiduam quæ fuerit uidua a sacerdote accipient. Deus Moyfi non præceperat in præparando ad receptionē legis, ne appropinquarent uxoribus suis, & tamen Moyfes inhibuit eis.
- Exo. 13**
- 1. Reg. 2** Dixit Achimelech ad Dauid, non habeo laycos panes ad manum, sed tantum panē sanctum, Si mūdi sunt pueri, maxime a mulieribus manducent.
- 1. Cor. 7** Volo autē uos sine sollicitudine esse, qui sine uxore est sollicitus est quæ domini sunt quomodo placet deo, qui autē cū uxore est, sollicitus est quæ sunt mūdi, quomodo placeat uxori, & diuisus est, & mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. *Si quis post baptis-*
- Canon a postolo- rū 17** ma secūdis nuptiis fuerit copulatus, aut cōcubinā habuerit, nō pōt esse nec episcopus, nec p̄sbyter, aut diaconos aut p̄sbus ex numero eorū, qui ministerio sacro deseruiunt.
- Conciliū Cartagi.** Placet ut episcopi, p̄sbyteri & diaconi, uel q̄ sacramenta contractant, pudicitiae custodes ab uxoribus se abstineant. In Ti. 3. dicit ut q̄d apostoli docuerunt, & ipsa serua- uit antiquitas, nos quoq; custodiamus.
- Cæsariēse.** P̄sbyter qui uxorem duxerit, ab ordine

*20 p̄s
recti
cōp̄
nati
sūt*

CLERICORVM XVIII

suo illum deponi debere statuimus, quod si fornicarius fuerit, uel adulteriū commiserit extra ecclesiā abiiciat, & pœnitentiam agat.

Præsbyter si uxorem duxerit, ab ordine deponat. Hierony. contra Vigilantiū, inuehitur contra episcopos, qui nō ordinabant diaconos, nisi prius duxisset uxores, nulli cœlibi credentes pudicitiam, Imo ostendentes quā sancte uiuant, qui male de omnibus suspicantur, & nisi pręgnantes uxores uiderint &c. Christi sacramenta non tribuunt.

Quid facient orientis ecclesię? Quid egypti & sedis apostolicę, quę aut uirgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint mariti esse desistunt. Calixtus pa

pa statuit ante 1300. annos, Præsbyteris, diaconis, & subdiaconis & monachis concubinas habere seu matrimonia contrahere, penitus interdiximus. Augusti. Sed forte dicatur, si licet & bonū est nubere, cur sacerdotibus uxores non licet habere. Policarpus, uirgines in casta conscientia ambulate, Ergo tunc erant perseuerantes in uirginitate sicut Matthæus Iphigeniam consecrauit.

Origenes homili. 23. super Numeri, Videat mihi, q̄ illius solius est offerre sacrificiū indefinens, qui indefinenter & perpetuę se deuouerit castitati.

Obijcit hæreticus.

Hierony

Calixtus

In q̄. no.
& ue. te.
q. ultima
ad Phil.

DE COELIBATV

Sacerdotes ueteris legis habeant uxores
Græci in hunc diē & Calabri habent uxores.
Crescite & multiplicamini. Paulus præ
Gen. 2 dixit, uenturos attendentes spiritibus erro
1. Tim. 4 ris, qui prohibent nubere.
Ad Tit. 1 Præcepit Tito ut deligat unius uxoris ui
rum episcopum.

1. Cor. 7 Castitas est libera, traditiones faciunt ne
cessariam. Melius est nubere quā uri.

Votum de uirginitate est stultum, quia
impossibile, & papa humanis traditōibus
uult mortificare carnem, ubi deberet recur
ri ad gratiam dei. In his est radix eorū quæ
Jonas ille impurus contra Fabrū effutiuit.
De pri. Primum diluit Ambrosius super episto
las ad Timotheū, Veteribus iccirco hoc cō
cessum est Leuitis & sacerdotibus uxores
ad usum habere, quia multum tempus otio
uocabant a ministerio & sacerdotio, multi
tudo enim erat sacerdotum, & unusquisq;
certo tempore seruebat secundū institutū
Dauid, qui 24. classes constituit sacerdotū.
infra. Nunc aut omnes a conuentu fæmine
abstinere debent, quia necesse est eos quot
tidie in ecclesia præsto esse, nec habere dila
tionē. Porro aliquot diebus abstinebant sa
crificaturi in ueteri testa. Et sacerdotes uer.
testa. tractabant panes propositionis, car
nes hircorū, boum, agnor; &c. nostri sacer-

CLERICORVM XVIII

dotes, corpus & sanguinem Christi tractāt.

Græci habent uxores, at nullos sacerdotes
apud Græcos duxit uxorem, sed bene qui
duxit uxorem uirginem ordinat in sacerdo-
tem, q̄ si uxor moriat̄, remanebit uiduus.
Coniugatus itaq̄ efficit̄ sacerdos, sed sacer-
dos nunquā efficitur coniugatus. Vnde a
morte saluatoris non est auditū, sacerdotē
duxisse uxorem, nisi q̄ iam temere attentāt
spuriū Ludderani.

De 2

Præcepit hoc deus, quando erat replen-
da terra, at modo cœlū, tunc pauci erant p-
lificantes, iam in numeri. Vnde lex illa non
est de permanentibus, alioquin Ioannes ba-
ptista peccasset, qui uirgo permansit, pec-
casset Maria, quæ uirginitatem proposuit,
peccasset Paulus qui consulisset uirginita-
tem. Christus non laudasset eunuchos.

De 3

Ecclesia non prohibet nuptias, sed quā-
do aliqui sunt uoto alligati, prohibet uotū
uiolari, nam ante uotū liberum erat nubere,
sicut coniugatus est prohibitus cōtrahere,
sic ecclesia non uult uouentem tradere pote-
statē sui corporis alteri, quod tradidit Chri-
sto. Tales aut̄ hæretici, quos prædixit Pau-
lus fuerunt Martion & Mantes, qui damna-
uerunt nuptias.

De 4

Paulus non præcipit episcopum esse cō-
iugatū, alioquin nec ipse, nec Titus fuissent

De 5

DE COELIBATV CLERI. XVIII

episcopi, sed noluit episcopū esse digamū, ita Hiero. & alij, hinc digamū non admittit ecclesia hic edocta a Paulo, Et ita hic modū descripsit Paulus intra quē se contineat episcopus, ne ducat secundam uxorem.

De 6

Castitas est libera, sed praecepta uouenti, nec tamen repugnat libertati spiritus, sed p̄ mouet, nam etiam deus libere producit spiritum sanctū & necessario.

De 7

Melius est nubere quam uri, sed bonū est homini mulierē non tangere. Non uult apostolus illū uri, qui a carne tentat, sed ille uritur, qui a cōcupiscentiæ flāmis superat, huic melius esset nubere, quā perpetuo in sordibus uolutari, dic contrariū, & Paulum facies nubentem, quia patiebat stimulū.

De 8

Mat. 11

1. Cor. 10

Fateor difficile esse cōtinere, at regnū caelorum uim patit, & uiolenti rapiunt illud. Tenemur oēs a carne, at fidelis est deus, qui nō patit nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentū, ut possimus sustinere. Dicitis uotū illud esse impossibile, Si respicis ad naturam, etiam multa alia sunt impossibilia nobis, si respicis gratiam dei adiutricem, nihil est impossibile, quia possunt capere, quibus hoc datum est Nouum genus uincendi tentationes carnis adfert nobis hæreticus, ut scilicet desiderijs carnis obediamus contra totam scripturā.

p̄
un
lter

20
no
p̄
20

h
p̄
un

DE CARDINAL. ET LEGATIS

*phorum cardis
voluntatis pro
litteris diuinitis*
sedis Apostolicæ XIX

Christus associauit sibi 12. apostolos,
& 72. discipulos, illos mittebat ubi
opus erat. Et fecit ut essent 12, cū illo, *Mar. 6*
& ut mitteret eos prædicare. *Luc. 10*

Posthæc designauit dominus & alios 72
& misit illos binos ante faciē suam in oēm
ciuitatem. Sic papa sibi adhibet assistentes
Cardinales, & forte prius in re discipuli fue-
runt Cardinales quam apostoli.

*20
no
sunt
pa
20*
Bernardus ad Eugeniū, hi quoq; tibi cō-
tinuo assistunt, seniores populi, orbis iudi-
ces, collaterales, coadiutores. Isidorus testa-
tur S. Petrū in urbe Roma delegisse sibi assi-
stentes sacerdotes & diaconos.

*hinc
quod
uoluit*
In sui enim adiutoriū assumpsit Linū, Cle-
rum & Clementem, Linus crescente eccle-
sia, præbyteros 18. & episcopos 11. conse-
crauit, sic Cletus, sic Clemens, sic Anacle-
tus fecerunt. Tamen Euaristus primus titu-
los, i. ecclesias cum plebibus in urbe Roma
præbyteris diuisit, septem diaconos insti-
tuit, qui Ro. pontificem obseruarent. Mar-
cellus aucto iam numero titulos quinque &
10 in urbe constituit, ut baptismo & sepul-
turæ oportune prospicerent.

In primitiua ecclesia nō dicebant nisi præ-
byteri & diaconi urbis Ro, tamen postea

DE CARDINAL. ET LEGATIS

inditum fuit eis nomen Cardinaliū ut aliquæ historiæ uolunt sub Pontiano Papa, aliquæ sub Marcello, aliquæ sub Siluestro, aliquæ adhuc recentius nomen existimant. Hinc solent b. Hierony. præbyterū urbis Romæ appellare, non Cardinalem, licet donatio Constantini indicet antiquius fuisse Cardinaliū nomen, tamen reijci non potest quin Stephanus papa nomine illo usus sit, quando constituit nullū elegi pontificem, nisi ex cardinalibus. Inuenio aut tempore Symachi papæ & Gregorij secundi 64, fuisse titulos in urbe Roma puta Laurentij, Cecilie Sixti, Marcelli, Susannæ, Anastasie, Mariæ transtiberim, Ioannis & Pauli &c. Ad conciliū Nicænum Siluester misit Cordubensem episcopū, Victorem & Vincentiū præbiteros urbis Romæ. In causa appellationis super depositione episcopi decreuit conciliū Nicænū, papam cōmittere causam episcopis uicinis, aut e latere suo præbiterum mittat. Ecce legatos a latere tempore concilij Nicæni, ante 1200. annos. Siluester misit ad conciliū Arlatense Claudiū & Habitū præbiteros, Eugeniū & Quinatum diaconos ecclesie Romanæ. Tempore martyriū solebant legatos appellare apochrisarios, sicut sanctus Fabianus papa & sanctus Zepherinus miserūt apochrisarios

SEDIS APOSTOLICAE XIX

suos in orientem Leo papa misit ad concili-
um Calcedonense, Paschasium & Lucensem
episcopos, & Bonifacium presbyterum Ro. ec-
clesiae. Sub Agathone papa legati ad 6. sy-
nodum fuerunt Theodorus & Gregorius
presbyteri, Ioanes diaconus. In septima sy-
nodo legati fuerunt Petrus, Petrus presby-
teri, & abbas monasterii S. Sabinæ. In octa-
ua synodo missi sunt Donatus Hostiensis,
Stephanus Ephesinus episcopi, Marinus
diaconus ecclesiae Romanæ, & Anastasius
famosissimus bibliothecarius. Missi fuerat
a Leone ad secundam synodum Ephesinam,
Iulius episcopus, Hylarius diaconus & Dul-
citus protonotarius, licet non uoluerint a-
dire synodum, intelligentes dolos Dioscori.
In Sardicensi concilio missus fuit Osius Cor-
dubensis (idem qui in concilio Nicæno) cum
Fortunatiano Aquilegien, & Vincentio de
Capua. In concilio Franckfordensi ad Me-
nū legati sedis apostolicæ presidentes fue-
runt Theophilactus & Stephanus episcopi
quādo hæresis foelicianæ fuit damnata, que
usum imaginum in ecclesia prohibebat.

Fusius ista reperies libro nostro de pri-
matu Petri.

DE EXCOMMVNICA- tionibus. XX

HH

DE EXCOMMVNICA

- Mat. 18** Potestatem excommunicandi instituit Christus loquens de fraterna correctione post alia inquit. Dic ecclesie, Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.
- 1. Cor. 5** Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu, iam iudicauit ut presens, eum qui sic operatus est, in nomine domini Iesu Christi, congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute domini Iesu tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.
- 1. Tim. 1** Quidem circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymeneus & Alexander, qui tradidi sathanæ, ut discant non blasphemare.
- Au. q. 39** *17 de iure* August. in quest. ue. testa. Hoc iam in ecclesia dei agit excommunicatio, quod in ueteri lege fuisse, legitur interfectio. Et alibi, Nihil eque formidare debet Christianus, quam separari a corpore Christi, loquitur de excommunicatione.
- Iudicium homi. 2** Origenes non solum per apostolos suos deus tradidit delinquentes in manus inimicorum, sed & per eos, qui ecclesie president, & potestatem habent non solum soluendi, sed & ligandi, tradunt peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis a corpore Christi separantur, prosequitur postea, quomodo homines dupliciter traduntur in potestatem Zabuli. Ambrosius super psal. 118. Loquens de excommunicatione subdit, Recte ergo &
- Sermo. 8**

*Aug. in q. 39
de iure
17 de iure*

TIONIBVS XX

facerdos uulnus ne latius serpat a toto corpore ecclesie, quasi bonus medicus debet abscindere, & prodere uirus criminis, quod iacet.

Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malis. 2. Ioan.

Obijcit Hæreticus.

Excōmunicatio nō est pœna, sed una declaratio, quia quilibet per peccatum excōmunicat seipsum, & postea iudex declarat illum esse excōmunicatum.

Excōmunicatio est medicinalis li. 6. de sen. excom. ca. cum medicinalis, Ideo non est timenda, sed amanda.

Respondet Catholicus.

Excommunicatio est pœna inflicta a iure uel ab homine, & nō solū declaratio pœnæ, nam clare b. Paulus indicat Corinthiū nō traditum diabolo, sed tradendum. Porro quod inquit, quemlibet per peccatū seipsum excommunicare, uerum est excommunicatione minori, sed illa licet priuet hominem gratia diuina, tamen adhuc manet peccator unitus ecclesie, & mystico corpori ecclesie cōiunctus, tanquam membrū aridū, ac in excōmunicatione maiori præscinditur De pri.

DE EXCOMMVNICA. XX

de corpore. Et illius gemine excōmunicati
onis meminī Origēnes in illa homilia secū
da super Iudicū. Præterea si etiam per pec-
catum quis se tradet diabolo, tamen per sen-
tentiam ab homine uel a iure latam, diabo-
lus adhuc maiorem in eo accipit potestatē,
liquet de Iuda, quem primo inuasit diabo-
lus, cum iam cogitasset tradere Christū. In-
trauit aut̄ sathanas in Iudam (ait Lucas) &
abiit & loquutus est cū principibus sacer-
dotū &c. Et Ioan. ait. Cū diabolus misisset
in cor, ut traderet eum Iudas Symonis Isca-
rioth &c. tamen postea adhuc magis intra-
uit & possedit eum diabolus, eodē Ioan. di-
cente. Et cū intinxisset panem dedit Iudæ
Simonis Scarioth, & post bucellam introi-
uit in eum Sathanas.

Luc. 22
Ioan. 14

De secū.

Excōmunicatio est medicinalis, uerum si
non contemnat, nam ex fine dicitur medici-
nalis, quia ordinat̄ in hunc finem, quod ille
resipiscat & pœniteat, ac satisfaciat ecclesie,
nullus autem amabit excōmunicationem
nisi qui obstinatus magis uult tradi Satha-
næ, quā seruire Christo, Et ab ecclesia uult
haberi, sicut ethnicus & publicanus.

DE BELLO

in Thurcas. XXI

Sub existente rationabili causa, bellige-
rare possunt Christiani in Thurcas &
hæreticos. *probat̄ p̄o. contra. Gregor̄o*

20
aucto

DE BELLO IN THVRCAS XXI

Interrogabant Ioannem & milites dicen- **Luc. 3**
tes, quid faciemus & nos? & ait illis. Nemi-
nem concutiatis neq; calumniam faciatis,
& contenti estote stipendijs uestris. Lique-
t quia bellū non prohibuit, sed bellantibus
modum imposuit.

Omnis anima potestatibus sublimiori- **Roma. 13**
bus subiecta sit, nō enim potestas nisi a deo
infra. Si autem malū feceris, time, non enim
sine causa gladiū portat, dei enim minister
est, uindex in iram ei qui male agit.

Maledictus qui prohibet gladium suum **Hier. 48**
a sanguine, Et totū uetus testamentum ple-
nū est, quomodo iussu & auxilio dei Iudæi
non modo restiterunt infidelibus, sed etiā
eos inuaserunt Abraham, Moyses, Iosue.

Hæc dicit dominus exercituū (ait Samu- **1. Reg. 15**
el ad Saul) Recensui quæcūq; fecit Amalech
Israel, quomodo restitit ei in uia cū ascende-
ret de Aegypto, nunc ergo uade, & percute
Amalech & demolire uniuersa eius, nō par-
cas ei, & non cōcupiscas ex rebus ipsius ali-
quid, sed interfice a uiro usq; ad mulierem,
& paruulū atq; lactantem, bouem & ouem,
camelū & asinū. Quis iam fuit consiliarius
domini, aut quis nouit sensum eius, quan-
do sit tempus, ut uelit puniri Thurcas per
Christianos, sicut puniuit Amalechitas per
Iudæos. August. ad Bonifaciū Comitem, **Ep̄la 194**

HH 3

20
August.
parto

DE BELLO

Lib. 22

Psal. 81

utile tibi tuisq; dabo cōsiliū, arripe manibus arma, oratio aures pulset autoris.

Et cōtra Faustū, Ordo naturalis mortaliū paci accomodatus hoc possit, ut suscipiēdi belli autoritas atq; cōsiliū penes principes sit. Principibus dicit. Eripite pauperē & egenū de manu peccatoris liberate, Cur tunc nō liberarent de manu Thurcæ. Maxime attento eo, qđ ui magnificat & extollit cultū Machumeti sui, in iniuriā creatoris nostri, & qđ tertiā prolem sibi placentem aufert, in ritu Machumetico nutrit in perpetuā seruitutē, hinc gloriosissimus Carolus, Gotfridus, Alphonsi, Ferdinandi, & alij infideliū destructores, per orbē christianū celebri fama laudant. Obijcit Hæreticus.

Bellare cōtra Thurcas est repugnare uolūtati spiritus, usitanti iniquitates nostras per illos. Christianus oratione pugnet, nō gladio. Mat. 5. prohibet defensio, ne nos apponamus angarantibus nos.

Respondet Catholicus.

Plures hæretici iā sicut & Oecolampadius negant oīno Christianis licere bellare, quæ fuit hæresis Manicheorū, ut Augustinus contra Faustū docet & ser. do. in monte, sed respondeamus.

De pri.

Etiam si deus uisitet iniquitates nostras per Thurcam, tñ per hoc non inhibet nobis

IN THURCAS XXI

defensionem, alioquin cū nos uisitet per famem, pestem, ignem, bella, morbos, nō congrueret nobis ulla prouisio contra famem, ulla medicina contra morbos, ulla fuga contra pestē. Ita enim deus uisitat suos, ut nō derelinquat. **Psal. 88** Visitabo inquit, in uirga iniquitates eorū & in uerberibus peccata eorum, misericordiam autē meam nō dispergā ab eo, necq; nocebo in ueritate mea.

Fateor iustū bellatorem pulsare deū orationibus, at tamen arma in manu capiat cū Machabeo, nam Moyses orante in monte, Amalech uincit gladio Iosue. Orent qui domi manent, alij arma in Thurcas ferant. **De 2 Exo. 17**

Ex concilijs & operibus perfectiorū Lud derani faciunt praecepta, & cū adeo amari sint, ut nec uerba possint pati catholicorum etiam pia, serui iniquitatis uolunt ut uerba patiamur Thurcarum, de solationem templorū uiolationem uirginū &c. Quae enim ibi docet, praecipit in praeparatione cordis, non in ostensione operis ait August. Sperandum est potius post tot aërumnas & calamitates Christianitatis, ammissis duobus imperijs & 36. regnis. Deus tandem miseretur nostri, & decantemus gaudenter, Filia Thurcae misera, beatus qui retribuet tibi retributionē q̄ retribuisti nobis. **De 3 Psal. 136**

DE IMMUNITATE ET DIVI-

rijs ecclesiarum XXII

Psal. 104

1. Reg. 26

Ioan. euā
discipul9

Iosu. 21

1. Cor. 9

Nolite tangere Christos meos.
Quis extendet manū suam in Christi-
stum domini, hoc dixit de unctiōne
regis, quid de unctiōne sacerdotis? Ignati-
us ad Philadelphienses. Principes subditi
estote Cæsari, milites principibus, diaconi,
præsbyteris, ut sacrorū administratoribus
præsbyteri uero & diaconi atq; omnis cle-
rus simul cū omni populo & militibus atq;
principibus, sed & Cæsares obediant epi-
scopo, Episcopus autē Christo, sicut patri
Christus, & ita unitas per omnia seruatur.
Ignatius ad Smyrnenses. Sacerdotiū sum-
ma est omniū bonorū, quæ in hominibus
constant, q; si quis inhonorauerit, deū inho-
norat, & primogenitū totius creaturæ.

Iosue diuisit sacerdotibus & leuitis 48. ci-
uitates ad habitandū, & ut Hierony. ad Fa-
biolam ait. Octomilia leuitarū alenda in sin-
gulos dies.

Quis militat stipendijs suis unquam q; q;
plantat uineam, & de fructu eius non edit.
infra. Scriptū est in lege Moyse. Non allega-
bis os boui trituranti, infra. Si nos uobis
spiritualia seminauimus, magnū est, si nos
carnalia uestra metamus. In uete. testa. ha-
buerunt decimas, primogenita, primitias,
partes de uictimis, oblationibus & sacrifi-

de m
iild
retra

TIIS ECCLESIARVM XXII

cñs. Christus habuit procuratorē Iudam, Ioan. 13
 q̄ loculos habebat, & portabat ea quę mitte
 bantur. Iohanna uxor Chuzæ procurato Luc. 8
 ris Herodis, & Susanna & aliæ multæ, quæ
 ministrabant ei de facultatibus suis. Quot Act. 4
 quot enim possessores agrorū aut domorū
 erant, uendentes afferebant prætia eorum,
 quæ uendebant, & ponebant ante pedes a-
 postolorū. Vnde in primitiua ecclesia fie-
 bant collectæ pro sustentatione cleri, qui-
 bus deficientibus successerunt beneficia.

Oportet episcopum irreprehensibilem, 1. Tim. 3
 esse, unius uxoris uirū, sobrium, ornatum,
 prudentem, pudicū, hospitem &c. & quo
 modo posset esse hospitalis si nihil haberet,
 Gregorius Ciriaco Constantinopolitano.
 Quisquis in loco regiminis est, aliquando
 necesse habet etiam terrena cogitare, & ex-
 teriorū quoq; curam gerere, ut grex cōmis-
 sus ualeat ad ea, quæ sibi sunt explenda sub-
 sistere. A pastoribus lex creuit in regalem
 maiestatem. A piscatoribus euangeliū cre-
 uit in imperialem maiestatē. Et in registro
 Gregorij passim reperiuntur epistolæ de ad-
 ministracione temporalium, unde etiam illo
 tempore habuit præfectos ærarios in Sici-
 lia & prouincia, ut manifestum sit etiam tē-
 pore Gregorij fuisse patrimoniū S. Petri. In
 epistola Clementis, Si qui ex patribus ne-

de mi-
 vildguy
 des rax



DE IMMUNITATE ET DIVI-

gotia habent inter se, apud cognitores sæculi non iudicent, sed apud præbyteros ecclesiæ, quidquid est dirimat, & omnino obediant statutis eorū. Conciliū Carraginen-
se. Placuit ut quicūq; clericus ab imperatore cognitionem publicorū iudiciorū petierit, honore proprio priuet. Gaius papa martyr statuit. Ne layci sacris iniciatos, corā sæculari iudice conueniant. Dionysius ad Demophilū de correctione episcopi. At si quis forte & inter ipsos a recto tramite deuiauerit, is ab æqualibus atq; sui ordinis sanctis corrigat, ut nō ordo in ordinem ruens cūcta permisceat, sed unusquisq; in suo ordine suoq; officio maneat. Origenes qui tempore martyrū uixit, ubi adhuc erant imperatores gentiles super Lucam explicat subiectionem præbyteri ad episcopū, sicut Iesus fuit subditus parentibus.

Hom. 20

Iulianus apostata, Christo aduersarius, clericis subtraxit oīa priuilegia & honores. Quæ pijsissimi imperatores catholici Constantinus, Theodosius, Marcianus, Valentinianus, & alij religiosi animi principes decreuerunt, quia sunt omnibus obuia C. de sacrosanctis ecclesijs, & de clericis & episcopis. Ideo referre postponimus. Constantinus imperator in cōcilio Nicæno noluit accipere libellos contra episcopos, & dixit.

TIIS ECCLESIARVM XXII

Vos dñj estis a uero deo constituti, ite & inter uos causas disponite, quia dignū nō est, ut uos iudicemus deos.

Petrus princeps apostolorū non refuta-
uit sumptus. Ambro. super 1. ad Corin. 9.

Obijcit Hereticus.

Christus passus est se iudicari a iudice lay-
co Pilato, & testimoniū prohibuit ei, quia
haberet super eū potestatem desuper, Itaq;
christiani sacerdotes non debent refugere
iudices laycos.

Respondet Catholicus.

Egregiam rem moliris, ut omnes iudices
Christiani sint Pilati & Herodes, Christus
manifeste obiecit peccatū Pilato, quia is q
tradiderat eum maius peccatum habebat,
Quod aut dixit Pilatum habere potestatē
desuper, Si ad deum referatur, accipit per-
missiue, permisit deus hoc Pilato, oblatus
est enim quia uoluit, si ad Cæsarem, non ha-
bet intentum hæreticus.

D E I N D V L
gentijs XXIII

Quia indulgentiæ sunt dūtaxat satisfacto-
riæ, poenæ pro peccatis debitæ, osten-
damus aliud esse meritū, aliud
satisfactionem,

DE INDVL

Philíp. 2 **D**E merito Christi dicitur, Propter hoc deus exaltauit illū, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Ecce quid meruit sibi.

Luc. 22
Mat. 26 De satisfactione eius dicitur, hic est calix nouū testamentū in sanguine meo, qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum, ecce quid meruit nobis.

Leui. 4 De offerente hostias pro peccatis dicitur, & rogante pro eis sacerdote, propicius erit ei dominus, non de culpa, sed de pœna, nisi per intercessionem.

Colos. 1 Nunc enim gaudio in passionibus meis pro uobis & adimpleo ea, quæ defunt passionem Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia. Expende catholicæ, quia miserix sanctorum adiungendæ sunt præssuris Christi, ad cōmunem ecclesiæ utilitatem. Et est iste thesaurus meritorū, de q̄ dicit ecclesia, precibus & meritis sanctorū. Nam quod Paulus adimpleuit, quis negabit de alijs sanctis crucem Christi portantibus & eum sequentibus. Cui donatistis aliquid & ego. Non donauit culpam sed pœnam. Certum est Gregoriū magnum dedisse indulgentias ante 1400. annos, & ita postea obseruatum per omnem ecclesiam. Mirantur hæretici, quia papa remittit tertiā aut mediā partem pœnarū, aut plenarie indul-

2, Cor. 2

G E N T I I S XXIII.

geat. Cum ipsi non uerecundentur asserere, quemlibet sacerdotem a culpa & pœna absoluerent, ipsi remittunt totam pœnam, & nolunt papam remittere partem.

Indulgentiarum euangelij figura fuerunt Iubilei in ueteri testamento. Leui. 25

De his sumus contenti, eo quod habeamus solidum fundamentum in S. Paulo, ne credamur diligentiores in causa lucrosa. Porro quod uniuersa recepit, credit & tenuit ecclesia, quomodo posset esse in fide erroneum, at uniuersitas ecclesiae toto orbe terrarum diffusa recepit indulgentias a tempore Gregorij magni (nisi quod in paucis hæreticorum angulis alicubi inceperunt reijcere) Et concilia generalia approbauerunt, sicut sacrum concilium Lateranense celeberrimum sub Innocentio 3. in quo & saluberrima constitutio omnis utriusque ædita est, limitauit auctoritatem minorum prælatorum in concessione indulgentiarum. Et sacrum concilium Viennense approbauit indulgentias Urbani quarti pro uenerabilis Eucharistiae ueneratione. Et omnis ecclesia ex Germanis, Gallis, Hispanis, Italis, Anglis, Hungaris, Polonis, Dacis, Scotis &c. reuerenter suscepit Iubileos in Roma a pontificibus cum plenarijs indulgentijs celebratos.

DE PURGATORIO

torio XXIII

Purgatorium esse, satis constat ex scriptura, ecclesia & patribus.

Siquis super ædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit, dies enim domini declarabit, qui in igne reuelabit, & uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, Si cuius opus arserit detrimentum patiet, ipse autem saluus erit sic quasi per ignem. Liquet facientem etiam opera cremabilia, sicut patet in die iudicii particularis uniuscuiusque, eum tamen saluum fieri per ignem, non inferni, quia ibi nulla redemptio. Sic intellexerunt illum locum Pauli b. Ambrosius, b. Hierony. b. Augustinus, b. Gregorius, Altuinus. Index tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddes novissimum quadrantem. Hunc carcerem beatus Ambrosius intelligit purgatorium.

Qui dixerit uerbum contra spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. B. Gregorius illa uerba ponderat & dicit de quibusdam culpis ante iudicium purgandis ignis credendus est, pro eo quod ueritas dicit, qui dixerit uerbum contra spiritum sanctum &c. in qua sententia dat intelligi,

T O R I O X X I I I

quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam in futuro posse relaxari. Ita etiam intellexit b. Bernardus super Cant. Iudas Machabæus facta collatiõe, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymã, offerri pro peccatis mortuorũ sacrificium, Bene & religiose de resurrectione cogitans, nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos speraret uanum uideretur & superfluũ orare pro mortuis &c. Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis orare, ut a peccatis soluantur. Is liber est in canone ecclesiæ ut testatur prologus ei præfixus, & b. August. 18. li. de ciuitate dei, & canon concilij Cartagenen. licet non fuerit inter canonicos libros habitus apud Iudæos ut testatur b. Hierony. in galeato prologo. Sequitur, negantem libros Machabæorum esse canonicos, non esse filium ecclesiæ, sed spurium synagogæ, Et Ludder met fatetur se scire esse purgatorium in disputatione Lipsica, quomodo ergo rem tantĩ Momenti, sicut est purgatorium, spiritus sanctus non reuelauit in scripturis. Græci hanc hæresim recognouerunt & abiurauerunt in concilio Florentino.

2. mah. 13

Apo. 5

Et omnem creaturã quæ in coelo est, & super terram & subtus terram, & mare, & quæ in eo sunt, omnes audiui dicentes.

DE PURGA

Benedictio sedēti in trono & agno, benedi-
ctio & honor, & gloria, & potestas in sæcu-
la sæculorum. Triplicem hic ponit ordinē
laudantiū deum scilicet in cœlo beatorum,
in terra iustorū, sub terra purgandorū, quia
damnati non laudant deum nec benedicunt
sedentem in throno.

li. 9. cōfe. August. in li. de cura pro mortuis agen-
da approbat suffragia pro mortuis facien-
da autoritate ecclesiæ. Hæc suffragia petunt
Monica mater Augustini ex altaris sacrifi-
cio. Beatus Ambrosius de obitu Theodo-
si meminit, cur in ecclesia dei peragatur pri-
mus, septimus, tricesimus defunctorū. Da-
mascenus affirmat morem orandi pro de-
functis ab apostolorū traditionibus manas-
se. Augusti. q. 1. de Dulcitij quæstionibus,
testatur purgatoriū. Chrysoft. proprio ser-
mone agit suffragia prodesse mortuis. Dio-
nysius inquit. Quod autē iustorum preces
etiam in uita ista, & ne dum post mortem,
ijs solis profint, qui digni sūt, scriptura nos
ca. 7. ecc. hierarch. edocet sacrosancta traditio.

Vide libros 4. Eckij de Purgatorio.

DE ANNATIS XXV

Annatas id appellant in curia Ro. qd
ordinarij locorū nominant medios
seu primos fructus & pro confirma-

DE ANNATIS XXV

tionem episcopi, solent appellare, redemptionem pallij, cum tamen proprie solus episcopus Bambergensis in Germania habeat pallium, & archiepiscopi.

Filijs autem Leui dedi omnes decimas Num. 18. Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo foederis. Et infra. Praecipe Leuitis atq; denuntia cum acceperis a filijs Israel decimas quas dedi uobis primitias earum offerte domino, id est decimam partem decimae, ut reputet uobis in oblationem primitiuorum, tam de areis, quam de torcularibus, & uniuersis, quorum accipitis, primitias offerte domino, & date ea Aaron sacerdoti. In uete, igitur testa. Leuitae & sacerdotes accipiebant decimas, & Aaron summus sacerdos accipiebat decimam decimarum. Descendunt ergo annatae de iure diuino, quia succedunt in locum decimae decimarum.

Annatarum meminit Ioan. Andreæ in ca. Ioan. Andreæ inter caetera de offi. ordinarij post Hostien. quem citat in huiusmodi sententia, dicit hic Hostien. quod Romanam ecclesiam in annatis exigendis, ubi alioquin nullum ius haberet, excusat necessitas, quia nec de suo posset omnibus prouidere. Et infra. Id iam est de antiquissima consuetudine obtentum. Postea refert quomodo pluries clamauerit, in

DE ANNATIS XXV

tantū quod super eo fuit sermo in concilio Viennensi cui præsedit Clemens 5.

Sequitur errasse Platinam & Blondū, & quosdam consarcinatores grauaminū Germaniæ, nā inuentū annatarū tribuunt uel Ioan. 22. uel Bonifacio 9. uel concilio Cōstantiensi, quod Germani faciunt. Quia Clemēs 5. præcessit Ioan. 22. & Bonifaciū 9. Et is tamen non inuenit annatas, sed inuentas approbavit ex antiqua cōsuetudine, Et certe isti duo testes Hostien. & Ioannes Andreae frangunt mendacia osorum ecclesiastici status.

In Constantiensi concilio non fuerunt institutæ annatæ, ut nugant centones Lutteranorū, sed quia aliquæ ecclesiæ decreuerūt in temporalibus, fuit cōstitutum, ut illæ ecclesiæ sic depaupertatę reducerent ad iustā taxam, secundū ualorem ecclesiæ currentē. Ideo magis confirmauit annatas. Vnde nullus adhuc publicauit uere, quando annatæ fuerint inuentæ, ideo bene dicunt præfati annatas, rem esse antiquissimam.

Sequit si sacerdotes & episcopi uellent negare annatas summo pontifici, tunc eadem facilitate layci negarent decimas sacerdotibus & sacerdotes recusarent melios fructus dare episcopis, unde ex ecclesia faceremus Babylonem. Id qd strenue contendunt hæ

DE HAERE. COMBV. XXVI

retici & eorū adherentes, diuina humanaq;
omnia cōmiscetes.

DE HAERETICIS COM-
burendis XXVI

Prima pœna hæreticorū in nouo testamen-
to fuit excōmunicatio.

Hæreticū hominem post unam & se-
cundam correptionem deuita, sciens
quia subuersus est, qui huiusmodi est
& delinquit cū sit proprio iudicio condem-
natus. Peruersi difficile corriguntur. Paulus
nouit hæreticos esse incorrigibiles, ideo nō
uincuntur scripturis, non persuadent ratio-
nibus. Ioannes euangelista cum in balneis
Cherintum hæreticum reperisset, mox exi-
ijt ad discipulos dicens, fugeamus hinc, ne
& balneæ ipse corruant, in quibus est Che-
rintus ueritatis inimicus.

Qui superbierit nolens obedire sacerdo-
tis imperio, qui eo tempore ministrat do-
mino deo tuo, ex decreto iudicis moriatur,
& auferes malum de Israel. Hæc ratio legis
adhuc militat, ut auferamus malū de me-
dio ecclesiæ.

Rogo uos fratres, ut obseruetis eos qui
dissensionem & offendicula præter doctri-

Ad Tit. 3

Eccle. 11

Euse. li. 4

Deut. 17

Rom. 16

DE HAERETICIS COM-

nam quam uos didicistis faciunt, & declinat ab illis, huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Lupus bene arceri debet, sed si aliter non potest consuli saluti gregis, lupus etiam interimendus est, haeretici autem sunt lupi dicente Christo. Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intus uero sunt lupi rapaces. Deut. 13. Si surrexerit in medio tui propheta &c. propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur

Mat. 7.

Ioan. 2

Iesus cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum aes effudit & mensas subuertit. Si hoc numularius, quid tunc haeretici faceret?

1. Tim. 2

Doctrina haeticorum noxia uicinis, quia sermo illorum uelut cancer serpit.

Act. 5

Saphyra & Ananias a principio nascentis ecclesiae, propter pusillum pecuniae, a Petro morte mulctati sunt, quanto magis haeretici animas defraudantes, a successore Petri morte mulctentur? Augusti. de poena haeticorum, Cogunt multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Aliquando libri Mathematicorum & haeticorum fuerunt combusti, sicut August. super

B V R E N D I S XXVI

Ioan. dicit factū suo tempore, combussit Ge-
 lasius papa anno domini 469. Et tempo-
 re apostolorum conburebant libri Curiosi,
 quanto magis hæretici. Inquit enim Lucas
 Multi ex eis qui fuerant curiosa sectati, con-
 tulerunt libros & cōbusserunt eos coram
 omnibus, & cōputatis prætijs illorum, in-
 uenerunt pecuniam denariorū quinquagin-
 ta millium. Aliquando ubi nulla potestas
 christianis erat animaduertendi in corpora
 hæreticorū pœna erat excōmunicatio ut su-
 pra, ex Paulo & Cypria. monet cū hæreti-
 cis non loquendū. Augusti. refert singulos
 hæreticos decem libris auri mulctari. Gelasi-
 us papa exilio damnauit hæreticos. Hiero.
 docet resecandas esse putridas carnes, Et b.
 Ambrosius hæresis uelut quædam hydra
 fabularū uulneribus suis creuit, & dū sæpe
 reciditur pullulauit, igni debite, incendioq;
 peritura. August. li. 2. contra epistolā Gau-
 dentij de hæreticis inquit, Hoc hominū ge-
 nus per imperatoriam curam corrigi debet
 Et super Ioan. ad longum docet imperato-
 res & principes catholicos benefacere, q̄
 utantur gladio contra hæreticos, debent e-
 nim hæretici affligi & eijci a principibus, si-
 cut Agar fuit afflicta a Sara, quando Isma-
 el ludit cum Isaac.

Act. 19

Ad boni

li. 1. de. fi-
 de ca. 4

In promptu habentes ulcisci oēm inobe-
 dientiam, 2. Cor. 10

II 3



DE HAERETICIS COM-

Gal. 4

Vtinā abscindant qui uos conturbant.

sup Ioan.
3. Reg. 18

Ecce quā seruide optat illos abscindi, q̄ si principes tunc fuissent Christiani sine dubio obedissent desyderio Pauli. August. inquit, Nullus nostrū uult aliquem hæreticū perire, sed aliter non meruit habere pacē domus Dauid, nisi Absolon filius eius in bello esset extinctus, sic ecclesia, si aliquorū perditione cæteros colligit, dolorē materni sanat cordis tantorū liberatione populorū.

Leui. 4

Educ blasphemū extra castra, & lapidet eū omnis populus, cur nō & hæreticū.

Eusebius

Constantius imperator Arriū cū adherentibus damnauit in exiliū, q̄a nolebat adherere cōcilio Nicæno. Theodosius imperator puniuit hæreticos Manicheos omniū honorū possessione, & omni successione priuauit, admisit desuper inquisitionem fieri post mortem. Idē decernit cū Valentiniano ne Manichei in solo Romano conueniendi morandiq; habeant facultatem, decreuit quoq; eos ultimo supplicio tradendos.

C. de h̄c.
I. Manic.

Idē statuit libros hæreticorū, diligēti studio inquiri ac publice cōburi. Valentini. & Martianus oēs damnauerunt hæreticos, & perpetua deportatione damnauerunt tenētes libros cōtra Calcedonense cōciliū. Ultimo supplicio coerceri mandarūt illicita docentes, & denuo libros mandant cōburi.

I. gcūq;

B V R E N D I S XXVI

Obijciunt Hæretici.

Apostoli nunquā petierunt a principi- 1
bus terræ ut uim inferrent hæreticis.

Euangeliū & Pau. nihil huiusmodi docēt. 2

Disputandū est hæreticis, & gladio spiri- 3
tus uincendi sunt, quod est uerbū dei.

Diluuntur per Catholicos.

Hanc obiectionē mouerunt Donatistæ De pri:
contra catholicos, ut testatur Augustinus
super Ioannem & alijs pluribus locis, & re-
spondet. Quis tunc in Christum crediderat
imperator, quod ergo non fuit petatum ab
apostolis, non fuit quia hæretici nō meren-
tur, sed quia gladius gentiliū principum &
imperatorū nondum seruibat euāgelio, at
mox Constantinum baptisatum implora-
bant catholici cōtra hæreticos.

Nam si imperatores puniunt furta, ho- De 2
micidia, rapinas, adulteria, periuria, cur nō
punirent hæreses & sacrilegia?

Decuit fidem Euangeliij, sicut nascendo
non inniti humanæ sapientiæ, ita nec huma-
næ potentiæ, usq; quo diademata regum se
inclinarent saluatori, at tamen Paulus de-
siderabat abscindi eos, qui conturbabant
fideles.

Diui Petri autoritate docemur esse parati De 3
reddere rationē omni poscenti de ea, quæ in 1. Pet. 3
nobis est fide, tñ Paulus satis indicat post Tit. 3

M 4

NON DISPUTANDVM

De p̄scri-
ptione hæ-
reticorū.

alteram correptionem deuitandū hæreticū non cum eo disputandū, & assignat claram rationem huius, quia subuersus sit. Huius rei peritus. Tertullianus latissime ostendit, non disputandū cum hæreticis, quia potius sit standū fidei antiquorū, quam disputandum de scripturis, Et pluribus hanc rē ait, omnino depingens Ludderū, quomodo tractet sacras literas, At latius hic agamus, cum hæretico non disputandū.

NON DISPUTANDVM

cum hæreticis. XXVII

ca. maio.
24. q. 1

Quamuis de Luddero & Luddera- nis non sit dubiū, quin sint hæretici damnati, & pro talibus habendi, quia ipsi reuocant hæreses sæpe damnatas, Arrii, Manichei, Heluidi, Iouiniani, Aeri, Vigilanti, Eutices, Fœlicis, Albigensium, Vualdensium, Ioannis Vuickleff, Ioannis Hufs, & aliorū hæreticorum, ideo contra eos nō est disputandum. Nam Gelasius papa inquit, Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessario præcauerunt, ut quod cōtra unamquāq; hæresim, coacta semel synodus pro fide cōmunionē, & ueritate catholica atq; Apostolica promulgasset, non sine rent nouis post hac retractationibus mutilari, ne prauis occasio præberet, quæ medi-

CVM HAERETICIS XXVII

ginaliter fuerant statuta pulsandi, & ea quæ sequuntur. Idem uoluit Martianus Imp. Iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita, reuoluere & publice disputare contenderit.

Præterea hæretici non querunt dispositionem, nisi multis malitijs inuolutam, Nam plerique eorum adeo pertinaces sunt, ut libere promittant se articulos usque ad mortem defensuros, quare liquet eos esse incorrigibiles, obstinatos, & pertinaces, & qui non sint docibiles dei, sed innitantur propriæ prudentiæ, & ponant obstaculum spiritui sancto. Iterum patet de Ludderanis hæreticis, quod fraudulenter obtendunt disputationem, nam querunt disputare, non coram doctis & literatis ac in theologia exercitatis, sed coram indoctis, uulgaribus laycis, quorum capacitas se nullo modo extendit ad iudicanda huiusmodi mysteria fidei, Nam quomodo hæretici uenirent ad disputationem coram doctis, cum sciant Theologos studiorum generalium Galliæ, Hispaniæ & Angliæ contra eos conclusisse & studia generalia Germaniæ quæ fuerunt famata in theologia, ante ortum huius hæresis, similiter damnasse Lutherum. Addatur his, quod in disputando finem intendunt peruersum scilicet quod a se grahant laycos alioquin clericis oppido in-

I. nemo
ca. de sū.
trini. & si
de catho



NON DISPVTANDVM

festos, & illos in odium cleri amplius accendant. Præterea articuli Ludderani sunt huiusmodi, ut si in disputationem proponantur, iam mysteria fidei nostræ, autoritas ecclesiæ & conciliorū ludibrio exponant. Nam quod scandalū orit̄ non modo apud simplices fideles, sed & apud Iudæos & infideles. Si audierint ea in fide nostra in dubiū uocari, quæ a sanctis patribus & concilijs ante M. annos, ante M. & CC, ante M. & CCC. fuerunt constituta & decreta, & ab ipso apostore tpe obseruata, quis uel micam habens fidei, uel prudentiæ, ista poterit indicare disputanda, corā frigidis & male sentientibus laycis. Et quia dum constat de eorū subuersione & p̄tinacia (nolunt enī admittere alium iudicem q̄ scripturā, quam uolunt interpretari sc̄dm propria capita) clare ap̄ Paulus interdixit disputandum cum his.

2. Tim. 2.
Ibi

Noli uerbis contendere, ad nihil enī utile est, nisi ad subuersionem audientium. Stultas & sine disciplina quæstiones de uita, sciens quia generant lites.

Tito. 3.

Stultas aut̄ quæstiones & contentiones & pugnas legis de uita, sunt enī inutiles & uanæ. Quo fit ut si nō idoneus iudex detur, nunq̄ sit finis disputandi, idoneum aut̄ iudicem non recipit hæreticus, quia propriū est hæreticorū ait Augustinus contra Fau-

libro 22.

CVM HAERETICIS XXVII

stum, fugere disputationem. Nam semper
reperiuntur temerarij, pertinaces & proter-
ui, qui nullam satisfactionem solutionis re-
cipiunt, sicut Moysi restituerunt Iannes &
Mambres. Ita hæretici resistunt ueritati ho- 2. Tim. 3
mines corrupti, mente reprobi circa fidem
sed ultra non proficient. Catholici ergo de Prou. 10
bent uitare disputationem cum huiusmodi
quia honor est ait sapiens, homini, qui sepa-
rat se a contentionibus, nisi ubi idonei da-
rentur iudices, tunc enim ut manifestaretur
gloria dei, tueretur ueritas catholica, & hæ-
retici perfidi confunderentur esse omnino
disputandum, sicut Paulus disputauit Act.
17. & 20. Et ubi disputationis sententiam su-
scipere & pati uolunt hæretici, tot adhuc
sunt catholici uiri, quorū unusquisq; gladi-
um habet accinctum super femur suū, qui
adoriantur hæreticos, Sicut David Goli-
am, in nomine domini exercituum, dei a-
gminum Israel.

Et ueritas sub iusto iudice uincet.

A V C T A R I V M.

Quoniā noui morbi occasionem dant no-
uē querendæ medicinæ, ea propter cū alias
locos ꝑ didissemus cōmunes cōtra Luttera
nos, uerissimū cōperimus, uia & ianuā per
Luderū apertam, oībus quilibet audiendā,

DE EUCHA

Sustulit enim Ludder (quantū in ipso fuit) sacrorū conciliorū sententiā, Romanorū pontificū iudicium, Sanctorū & deo amabiliū patrū responsa, ac studiorū generalīū condemnatione, ut iam cuiq; frenetico, melancolico, Saturnino, bis stulto cerebro, peruium sit omnia insana capitis sui phantasmata, sacris mysterijs immiscere. O deus, o tempora, Cogimur ergo illorū impietate, quamuis inuitissimi, hos adijcere locos.

SVB EVCHARISTIA ESSE uerum corpus Christi. XXVIII

Mat. 26

Coenātibus autē eis, accepit Iesus panē & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meū, & accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes, hic enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundet in remissionem peccatorū. Significantissime Christus dixit hoc est corpus meū, & hic est sanguis meus, quis ergo clarissimis uerbis & Christo repugnat.

Mar. 14

Manducantibus illis accepit Iesus panē & benedicens fregit & dedit eis, & ait sumite hoc est corpus meū, & accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo oēs,

R I S T I A XXVIII

& ait illis, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur.

Et accepto pane gratias egit & fregit & **Luc. 22**
dedit eis dicens. Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem, Similiter & calicem postquam coenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Ecce quanta concordia euangelistae indicent corpus & sanguinem Christi tradita discipulis.

Ego accepi a domino quod & tradidi uobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit & dixit. Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem, Similiter & calicem postquam coenauit dicens, hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Ecce quomodo Paulus expresse dicit oblatum discipulis fuisse corpus & sanguinem Christi.

Calix benedictionis cui benedicimus, non **1. Cor. 10**
ne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & uno calice percipiamus. Hic clare Paulus ostendit in qualibet particula panis consecrati, participari corpus Christi.

D E E V C H A

sti, lapideus est qui hæc alio torquet, quam ad corpus Christi.

i. Cor. 11

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non discernens corpus domini. Clare liquet quod propter præsentiam corporis Christi, peccatum ab indigne sumente pertinet ad corpus Christi, nemo enim nisi insanus negat indigne manducantem eius rem esse quod manducat, Instruit enim hic Paulus Corinthios, ne credant esse simplicem cibum in altari, sed corpus Christi, quod quod indigne manducet, reus sit eius, ideo signatissime addidit. Non discernens corpus domini, id est, non discernens ab alijs cibis. Hoc omnium ætatum omnes sancti patres in ecclesia tenuerunt, unde contra tot clarissimos sacre scripturæ textus, desipere extremæ temeritatis est, & aliorum hæreticorum insaniam transcendit, Hanc hæresim aliquando docuerat Berengarius sancti Mauricii Andgauensis ecclesiæ diaconus, sed Romæ coram Nicolao Papa & 13. archiepiscopis & 100. episcopis abiuravit ea, ego Berengarius de conse. dis. 2

i
Mat. 26

Obijciunt Hæretici capharnaitæ Christus inquit, pauperes semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis, at si

R I S T I A XXVIII

esset in eucharistia semper eū haberemus.

Spiritus est qui uiuificat, caro nō prodest
quicquā, Si ergo nō prodest, quid tantope
re contenditur esse sub eucharistia. 2
Ioan. 6

Augu. super psal. 4. Donec finiat̄ sæculū
fursum est dominus Andreas Bodenstein,
Carlstadius primus resuscitator huius hēre
sis sepultæ adducit illa pro errore suo. 3

Si Christi corpus & sanguis esset in sacra-
mento, sequerē panem pro nobis esse cru-
cifixum. Christus non dixit, accipite cor-
pus meum, sed accipite panem. 4

Panis non fit melior per hoc murmur &
anhelare sacerdotū, quis enim dedit pote-
statem hanc sacerdotibus. 5

Alioqn cū in cœna Christus habuerit cor-
pus mortale, & iā immortale iam nō uerū
esset de illo dici quod pro uobis tradet̄. 6

Christus ait, Si quis uobis dixerit hic aut
hic est Christus, nolite credere, ergo nō cre-
damus, si dicunt in ista hostia est Christus
aut in ista hostia. 7
Mat. 24

Increpat catholicos quod appellant eu-
charistiā sacramentū, nam apostoli non sic
noīauerint, deus dat creaturis suis nomina
non homines, Paulus aut̄ appellat cœnam
domini, panem domini, calicem &c. 8

Cœna dominica sufficienter his uerbis
est instituta. Iesus accepit panē gratias egit 9

D E E V C H A

& fregit & dedit discipulis suis & dixit acci-
pите, & manducate, hoc facite in meam cō-
memorationem. Et ista uerba, hoc est cor-
pus meū sunt impertinentia, & quasi per pa-
rentesim interiecta.

8 Verba Pauli 1. Cor. 10 uitare nitit̃, quia i-
bi apostolus Paulus non loquat̃ de cōmu-
nionē, id est, sumptione sacramenti, sed de
cōmunionē passionis Christi, quæ fiat eius-
dem rememoratione.

9 Sic uerba 1. Corin. 11. existimat locū habe-
re in indigne cōmemorantibus.

ecce here. Zuuinglius & Oecolampadius duo uasa
ricorū in iniquitatis bellentia, Carlstadij senti-
cōstanti- am amplexi sunt, fundat se Zuuinglius in il-
am Zuui lo Ioan. 6. Caro non prodest quicquā, Tum
gl. in suo ut claros euangelij textus eludant, aiunt, est
cano. di- summi in actu signato, non exercito ut so-
xit corp9 phistæ in Cathegorijs dicunt, Videntes e-
christi eē nim absurdissimam esse Carlstadij torsio-
in eucha. nem, sic euadere nituntur. Hoc est, id est, si-
sifr Oec. gnificat corpus meum, uel hoc est corpus,
in duob. id est figura corporis mei.

ser. impi-

Repelluntur illa a Catholicis.

us cū ue-

Christum nos semper habiturū, fatetur

nerit in p

ueritas Matt. ultimo. Ero uobiscū usq; ad

fundū.

consumationē sæculi, Ideo cum ait, me non

De. pri.

semper habebitis, accipiendum est secundū

præsentiam corpoream humanæ conuer-

fationis, neq; enim iam ungitur, lauatur, tergitur &c.

Profecto si caro non proderit catholicis, **De a**
nec panis proderit hæreticis. Porro nec hæreticus dicturus est carnem Christi non profuisse in cruce. Adde quod non sequitur, nō prodest, ergo non est in sacramento, nisi & hanc admittas illationem, ergo non est in cœlo. At si acutius inspiciamus hæretici sensum Christi nō assequuntur. Non loquitur Christus de carne sua, non enim ait, caro mea non prodest quicquam, sed de carnali & rudi intelligentia illa caro non prodest quicquam hanc habebant Iudæi, qui abierunt retro, existimantes carnem Christi uisibiliter sub specie carnis dentibus direptam dilaniari.

Fatemur sursum esse dominū in cœlo **De z**
sidentem ad dexteram patris in forma uisibili & quantitativa, qui tamen sub specie panis latet inuisibilis sacramentaliter.

Quæ Carlstadius ex Saxoniam relegatus, **De r**
odio Lutteri effudit, omnia sunt tam impia & obtusa, ut responsionem non mereantur dicamus tamen. Forte Lutter haberet concedere, panem esse crucifixum, per communicationem ideomatum, ac quia catholici longe absumus ab illa hæresi, qd panis maneat in eucharistia, ideo illatio Carlstadij non admittit.

KK

D E E V C H A

Non est uerū quod assumit Carlstat, non enim inquit, accipite panem, sed pane porrecto ait, accipite & comedite, hoc est corpus meum, Quid aut̄ interest dicere, accipite corpus meum, & porrecta manu dicere. Accipite hoc est corpus meum.

De 3 Nemo dicit quod per sufflare aut anhelare seu murmurare, panis fiat melior, sed quando sacerdos secundum institutionem Christi dicit uerba diuina, omnipotentia, quibus deus sua uirtute assistit, & substantiam panis in corpus suum conuertit, Hanc aut̄ potestatem a Christo acceperunt apostoli, eo dicente · hoc facite in meam cōmemorationem, ideo Paulus ait. Ego accepia domino quod & tradidi uobis &c.

De 4 Et si corpus Christi iam sit impassibile, neq; sacerdos dicit illud esse tradendum, quia nouit q; Christus ultra non moritur, sed renarrat Christum talia dixisse in cœna, quod est uerum, tunc enim (non modo) corpus Christi tradendum erat, & sanguis fundendus.

Quod Christus dixit de regno suo fidei hæreticus accipit de corpore Christi, præiudicat saluator futurum, ut Hussitæ dicerent Christum stare pro eis, Lutterani his aduersi asserunt Christum pro eis esse, Carlstatini excludentes Lutterani de Christo se iactant

R I S T I A X X V I I I

rent, Rebaptisatores soli Christū sibi uendī
cant, ab his hæreticis monuit nos dñs.

Vana est Carlstadij iactantia, nam cū con- De 6
stat de re frustra certatur de nomine, nec de
us creaturis nomina dedit, Sed Adam, neq;
sacramentū est falsum signum, ut ille iudai-
sans nebulo ecclesiā irridet, q̄ sit sekement.
nam ab apostolis ad nos usq; deuenisse sa-
cramentorū appellationem ex Dionysio li-
quet, qui libro de ecclesiastica hierarchia ap-
pellat eucharistiam sacratissimam synaxim
& iuxta inclytum præceptorem suū ait, eā
esse sacramentorum consumationem, sacro
sancta & augustissima illius dicit mysteria
& diuina munera, & in cōi dicit sacramenta.

Quod ipse dicit, negamus, nā hoc est cor- De 7
pus meū in medio cōnectit̄ coniunctissime
alijs uerbis, & puerile est accipere extrema
ad cœnam, & media propria autoritate ex-
cludere, probet ipse hanc dissolutionem ex
scriptura, nam nec stulto satisfaceret, q̄ in-
quit punctum præfigi orationi, & a magna
litera principiari. Hoc. Huiusmodi est theo-
logū præstare, ex magnis literis & punctis
certare, explodant̄ sophistę ex theologia, &
assumat̄ punctistę cum illis magnis literis
capitalibus. Puerilia sunt quæ garrit de rut-
to, naturalis cōsequētia uerborū nō pati-
tur, nisi quod demonstrauerit porrectū in



DE EUCHA

manu, ideo significantius additum est hoc. Et expende q̄ Lutter hic dicit contra Carlstat expugnant Lutterū in sua torsione istorum uerborum. Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam.

De 8

Lacerat Carlstat Paulum, nam cum solis intendit allegorijs, literam & spiritum uua amittit, certum est Paulum loqui de cōmunionē & participatione eucharistiæ, nō passionis, porro cōmunicatio passionis est solum bonorū, participatio eucharistiæ est cōmunis dignis & indignis, bonis & malis.

De 9

Similiter lacerat Paulū, nam Paulus loquitur de manducantibus indigne, iste torquet ad cōmemorantes indigne, quum illa sint diuersa, licet uterq; peccat scilicet indigne cōmunicans & indigne cōmemorans.

**de quinto
princi
pali**

Hi erroris consortes, uiderunt Carlstadn̄ expositionem ad illa uerba, hoc est corpus meum esse uiolentam, duram, & audacem, atq; plurimum a uero aberrantem, placuit tamen eis impietas, unde expositionem cōmenti sunt nugacissimam, & plusquam sophisticam. Est accipitur pro significat. Ita addecet novos euangelicos puram literam scripturæ sequi, id est lacerare. Vnde etiam a Luttero & Bugenhagio irident. Et eorū impietatem sic funditus destruas.

¶ Primo insanit Huscheni dum ait, hoc est

R I S T I A XXVIII

corpus meum, id est forma corporis mei, **Oecol.**
 quia & sibi & catholicis cōtradicit, omniū
 enim sententia ibi est forma panis, etiam si
 apud catholicos credatur esse corpus Chri-
 sti tamen sub forma uisibili panis, uide Au-
 gusti. de sententijs prosperi.

Secundo deprehendit inscitia Zuuing-
 li & Oecolampi dum in locutione metha **Zuuingli**
 phorica existimant EST ualere significat
 Vnde in hāc impietatē ex ignorantia diale-
 cticę uenerunt, unde postea in symbolica er-
 rant theologia, & ut uideant non progredi
 eorum doctrinam intueantur illud tritum.
 Lupus est in fabula, an est hic exponat Bar-
 di illi pro significat. Itē in illis symbolis Io-
 an. 10. immittant suum significat Mercena-
 rius cuius non sunt oues proprie uidet lu-
 pum. Ego sum pastor bonus id est significo
 bonum pastorem, & cognosco oues meas.
 Ostupidi, insensati, & indoctissimi heretici.

Tertio sophismata Oecolampi torquen-
 tis sententias patrū, maxime August. Faci-
 le uitabimus, si aduertemus, Eucharistiam
 signum dici primo ratione specierum sensi-
 biliū panis & uini, Secundo, q̄a etiā corpus
 Christi uerum est signum corporis Christi
 mystici. Tertio, quia eucharistia sumpta est
 signū gratiæ sumentī collatæ, & quarto cū
 corpus Christi sit ibi non modo circūscri-

KK

D E E V C H A

ptiue, sed suus modus essendi insit spiritali-
or, etiam signi aut formæ nomine designat,
licet nihilominus adhuc uere ibi sit corpus
Christi.

De 4

Quarto quia tres Euangelistæ & Paulus
nullam indicant methaphoram, sed idem-
tice enuntiant, hoc est corpus meum. Et to-
ties repetunt, neq; alibi ex scriptura doce-
bunt hic esse metaphoram, neq; fide doce-
mur esse hic metaphoram, quare in sensu p-
prio est accipiendum. Hoc est corpus meū,
delirat enim Zuuinglius est alicubi in sacris
litteris accipi pro significat, sed omne deliri-
um superat, Si alicubi est acciperetur pro si-
gnificat, ergo hic accipitur, sed deceptus fu-
it ex ignorantia logicæ. Cū enim Christus
dicit se uitem. Est non ponitur pro signifi-
cat, nā obrusitas eius agnosceretur ponen-
do in textu, Ego sum uitis uera id est signifi-
co uitem ueram hoc secundum Zuuingliū,
cum tamen Christus non significet uitem,
sed significetur per uitem. Porro quinto cla-
rissimo textui Euangelico accedit consen-
sus totius ecclesiæ catholicæ, & potentissi-
ma miracula in hoc uenerabilissimo sacra-
mento diuinitus monstrata, pereant igitur
hæreticorum nugatia sophismata, delire im-
pietates, in doctissimæ torsiones, ac uiolen-
tæ sacrę scripturæ expositiones, Cum unus

R I S T I A X X V I I I

Lucas omnia eorū somnia excludat, cū nar-
ret Christum dixisse. Hic calix nouū testa-
mentū in sanguine meo, Amant enim hære-
tici græca, in quibus non legitur est. Et ta-
men idem tice, calix nouū testamentum di-
citur, non certe in uino, sed in meo sangui-
ne, non enim est testamentum sine sanguine
Vide Paulum ad Hebrę. 9.

Attende quomodo hæretici moti sunt si **Psal. 106**
cut ebrius, & omnis sapientia eorum deuo-
rata est. Oecolampa. Anno 1524. mense
Iulio indignabatur sanguinem Christi de-
negatum fidelibus in synaxi, & anno non
dum euoluto ipse cum complicibus hæreti-
cis denegat fidelibus, & corpus & sangui-
nem Christi. Similiter Zuuinglius, Carlsta-
dius postquam tantū incendium de sa-
cramento sufflauit iā pallinodiam re-
cinit, non proposuisse se ista ut cre-
denda, neq; ista forte asserta ex
spiritu aut sacris litteris, sed
certius indaganda ex pro-
prio capite ab eo esse pro-
posita. Vide quo- **Eccle. 27.**
modo stultus ut
Luna mu-
ratur.

KK 4

DE BAPTISMO

Puerorum XXIX.

Gen. 17

Hoc est pactum meū quod obseruabitis inter me & uos &c. Infans octo dierum circumcidetur in uobis &c. Masculus cuius præpuciū caro circūcisa nō fuerit delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Modo hoc uidetur esse baptismus in ecclesia, q̄ circūcisio in synagoga, quare pueri sunt baptisandi cōtra rebaptisatores, & puer non baptisatus damnatur lege cōmuni contra Zuuingliū, qui dum unam hæresim rebaptisatorū uellet destruere, alias decem docet deteriores contra expressas scripturas.

Mar. 17

Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos, taliū est enim regnū dei &c. & complexans eos & imponens manus super illos, benedicebat eos, malefaciunt ergo rebaptisatores prohibentes pueros per baptismum uenire ad Christum. Accedit usus & autoritas totius ecclesie ab ipso apostolorum tempore, cui merito omnes filij deuoti debent parere.

Dionysi.
ca. 7

Dionysius de ecclesiastica hierarchia, cū dixisset pueros, qui necdum possent intelligere diuina, sacri baptismatis fieri participes subdit, Istud cū p̄ssimis ducibus nostris (ita solet appellare apostolus) in mentē uenisset, uisum est admittere infantes hoc

P V E R O R V M XXIX

modo, ut naturales oblati paruuli parentes, puerū uni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magistro in hunc præsul spondentem, puerū iuxta sanctam educatum uitam, requirit ut abrenuntiationē profiteatur, fidemq; fateatur. Ecce pueros baptisatos ab apostolis sub sponsione patrinorum. Cyprianus & totū concilium Aphricanum ad Fidū, qui opinabatur pueros intra secundū & tertium diem constitutos, non debere baptisari, Respondet Cyprianus, Longe aliud in concilio nostro omnibus uisum est. In hoc enim q; tu putabas faciendū nemo consensit, sed uniuersi iudicauimus nulli hominū nato misericordiam dei & gratiam denegandam.

Cypria.

August. super Gene. li. 10. ca. 23. Consuetudo matris ecclesiæ in baptisandis paruulis nequaquā spernēda est, neq; ullo modo superflua deputanda, nec omnino credenda nisi apostolica esset traditio, Egīt hanc causam duobus libris ad Marcellinū sub titulo de peccatorum meritis & remissione, hos libros uidit Hierony. & laudauit.

August.

Hieronymus li. 3. aduersus Pelagianos affirmat paruulos baptisari ut eis peccata in baptisate dimittantur.

Hieron.

Conciliū Mileuitanū contra Pelagianos hæreticos canone 77, Item placuit, ut qui-

Conciliū
Mileuit.

DE BAPTISMO

cūq; paruulos recentes ab uteris matrū baptifandos negat, aut dicit in remiffionē quīdem peccatorum eos baptifari, fed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expiet, unde fit confequens, ut in eis forma baptifmatis in remiffionem peccatorum non uera, fed falſa intelligatur, anathema fit, hic a ſacro concilio anathemate percutietur Baldafar Hiebmair cum ſuis rebaptifatoribus, negantes baptifmum paruulorum.

1

2 Ipſe Zuuinglius qui negat peccatū originale in pueris. Ideo nō delet in baptifmo, unde uolens hærefim de pueris non baptifandis deftruere, decem alias affert hærefes quarū & illa una eſt, pueros catholicorū &c. non baptifatos ſaluari adde Auguſt. ubi ſupra capite 33. ſimiliter Hieronymus.

3 Tertio quidā nouellus hæreticus Eberhardus Vucidenſee, qui concedit quidem peccatum originale, tñ ait incertū an puer baptifatus moriens ſaluetur, quia neſcimus an recipiat fidem, & ſic ſi non recipiat fidē, remanet filius iræ & damnationis, Ecce in quot capita ſcinduntur hæretici, cōtra apoſtolum. Non idipſum dicentes omnes. Ratio id euincit in fide fundata, habent enim peccatū originale aliena præuaricatione cōtractū, cur ergo pater miſericordiarū domi

P V E R O R V M XXIX

nus nō instituisse eis remediū, ut & aliena uoluntate cooperante sanarent, Quod autē peccatum contrahant pueri liquet ex Augusti. & Hierony. ubi supra contra hæresim Pelagiorum, & probatur. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea.

Psal. 1

Eramus natura filij iræ sicut & cæteri.

Ephe. 2

Oēs enī peccauerunt & egent gloriā dei.

Roma. 3

Sicut per unū hominem peccatū in hunc

Roma. 5.

mundū intrauit, & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in q̄ omnes peccauerunt, hic apostolus dicit, in quo oēs peccauerunt, & Pelagiani & Zuuinglius audent dicere, paruulos nō peccasse.

Roma. 5

Et infra. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi &c.

Contra rebaptisatores pro baptismo puerorum Oecolampadius.

Rebaptisatores contemnunt usum Christianæ communitatis.

Inductiua est illa sententia sectarū scismatum & seditionum.

Quis ita docuit hactenus, aut quis cōsuetudinem hanc obseruauit.

Quando tñ inceptū est in ecclesia pueros baptisari, si aliquando nō baptisabantur.

Si pueri nō sint baptisandi, hoc probent prohibitū ex scripturis.

DE BAPTISMO

- 6 A tempore apostolorum baptismus nō fuit prohibitus pueris.
- 7 Vultis tot centena milia baptifatorū in infantia, non acceptare pro Christianis fratribus
- 8 Zuuinglius inuehitur in eos, quod non obtinebunt uictoriam, quia etiam ante mille annos hoc attentantes succubuerunt.
- 9 Indignatur eorū nouitati, Si eo res progressa esset inquit quod quodlibet caput obliquum (quamprimum aliquid noui & rari in phantasiā ueniret) mox sectam adhaerentem excitaret, tot futuræ essent sectæ & scysmata, ut Christus in multa partiretur.
- 10 Et infra, quodlibet caput melancholicū, Saturninū & singulare nititur propriam sectam erigere.
- 11 Licet baptismus puerorum non sit clarus ex scripturis sacris, sicut & alia multa, tamen quia non sunt contra deum, sed cum deo, ideo suscipienda.

Antithesis.

Hæc recensuimus, ut intelligent catholici, quomodo hæretici nequeunt se defendere contra hæreticos, nisi armis ecclesiæ, Nā quod Cyprianus, Augustinus, & conciliū Mileuitanum inducunt, quando catholici id facerent, clamarent patres, patres, Pona-
mus rem ante oculos.

Et Lutter & Oecolampadius reijciunt u-

P V E R O R V M XXIX

sum ecclesiæ in baptismo, missa & oibus.

Et hæresis Lutteri multas iam protulit sectas, & seditiones tam cruentas, quales non sensit antea Germania, unde plus quàm 100000. hominum periere.

Quis ita docuit ut lingua Germanica baptisaretis, ut sacerdos Zuuinglius uxorem duceret, & Oecolampadius post uotum ordinem reñceret apostota.

Si aliquando non fuit quadragesima in ecclesia quando ergo incepit, aut si olim nõ erat confessio ecclesiastica (quam auricularum uocant) quando incepit.

Probant hæretici. Non exorcisandũ puerum, non habendos patrilinos, Matrimonium non esset sacramentum cõfessionem nõ faciendam sacerdoti, & mille huiusmodi, quæ prohibent, probent inquam prohibita in scripturis.

A tempore Apostolorũ non fuit prohibitus cœlibatus, benedictio cæreorũ &c.

Vultis tot centena millia confitentium in missa offerentium, Eucharistiam adorantium, uota religionis seruantium, non acceptare pro catholicis, angustissima erit uia ad Christum.

Nec tu obtinebis uictoriam contra imagines sanctorum, contra eorum reliquias, contra peccatum originale, quia foeliciani,



DE BAPTISMO

Heluidiani, & Pelagiani ante 1000. annos
hoc attentantes succubuerunt.

9 Indignantur omnes catholici super tot
hæresum nouitate, quod quilibet pro suo
capite mutat & confundit missam, bapti-
smum, communionem & omnia officia.

10 Dolent catholici permitti hæreticis, tot se-
ctarum nouitates, sunt Lutterani, Carlstati-
ni, Zuuingliani, Oecolampadij, Rebaptisa-
tores Capharnaitæ.

11 Cur ergo Lutter, Pillicanis, Carlstat & tu
ipse, nihil admittebatis, nisi quod claris scri-
pturis sacris probaretur. Existimantes ua-
lidum esse argumentū in theologia. A non
legitur, cur iam traditiones hominum ca-
pessitis, quæ uertigo cerebrum uestrum de-
mentauit. Vbi est Zuuingli argumentū cor-
nutum tui fratris Baldasaris Fridbergers,
Supra titulo 15.

Obijciunt Hæretici.

Mar. ulti Euntes in mundum uniuersum, prædica-
te euangelium omni creaturæ, qui credide-
rit & baptisatus fuerit saluus erit.

Mat. ulti Euntes docete omnes gentes baptisan-
tes eos in nomine patris & filij & spiritus
sancti, docentes eos seruare omnia quæcū-
q; mandauit uobis.

Act. 8 Eunuchus nunciabat prius euangeliū an-
tequā baptisaretur, similiter Cornelio. Cur

P V E R O R V M XXIX

dumtaxat ter baptisabant in anno antiqui-
tus, si pueri nati mox baptisandi sunt.

Nicolaus papa incepit baptisare pueros
sed scriptura baptismū puerorum ignorat.

Respondent Catholici.

Christus loquitur de adultis, tam apud
Marcum quā Matth.

Notent tamen Lutterani ex uerbis Chri-
sti non sufficere, credere & baptisari, sed o-
portet seruare omnia quæ mandauit Chri-
stus.

Eunuchus fuit adultus & sifr Cornelius.

Illud fuit pro adultis non pro pueris, &
bis tantū fiebat solennis baptismus adulto-
rū in Pascha & pentecoste, Non ter ut Oe-
colampadius somniat, Velut ex Siricio, Le-
one, Gelasio & Gerundinen. concilio liquet.

Non esse Nicolai papæ inuentum, ex Hie-
rony. Augustino, & Cypriano liquet, qui
400. aut. 600. annis Nicolaū præcesserunt.

Nulla uidi scripta rebaptisatorum, audio es-
se plerunq; homines indoctos temerarios,
& qui latinam linguam non calleant, uno
dempto Baldasare Hiebmaier fridbergerio
qui narratur esse autor huius perditæ sectæ,
is dum communionem se. ap. haberet,

doctoratus honore fungebatur.

det ei deus ut possit, lumē

cernere uerum.

DE LIBERO

arbitrio XXX

HAeretici hic resuscitarunt olim extinctam hæresim Manichei, primo quidem negarunt, lib. ar. se habere actiue ad bonum opus, quia illud totum & totaliter fieret a deo, dein Lutter insanus factus negauit omnino liberum arbitriū, quia omnia de necessitate absoluta eueniunt, quod olim stupidi Stoici, Empedocles, Critolās, Diodorus, & alij errantes dixerunt.

Gen. 4

Dixit dominus ad Cain, Nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, hic deus facit liberū arbitrium dominum, Lutter in ignominiam creatoris facit illud seruum.

Deut. 30

Considera, quod hodie proposuerim in conspectu tuo uitam & bonum, & e contrario mortem & malum, infra, testes inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim uobis uitam & bonū, benedictionem & maledictionem, elige ergo uitam, & tu uiuas & semen tuum.

Electio pertinet ad liberum arbitrium cōcordat sapiens.

Eccle. 15

Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illū in manu consilij sui, adiecit man-

ARBITRIO XXX

data & præcepta, Si uolueris mandata conseruare conseruabunt te, apposuit tibi aquã & ignem, ad quodcunq; uolueris porrigere manum tuam, Ante hominem uita & mors bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur ei, nihil expressius dici poterat pro libero arbitrio.

Et eligent magis mortem quam uitam, **Hiere. 8**
omnes qui residui fuerint de hac cognatione pessima.

Ait seruus. Domine quinq; talenta tradi **Mat. 25**
disti mihi, ecce alia quinq; lucratus sum. Lucrari non potuit, nisi lib. ar. haberet se actiue, alioquin diceret se 10. talenta accepisse. Concordat Paulus.

Abundantius omnibus laboraui, non **1. Cor. 15**
ego, sed gratia dei mecum, simul ergo operantur li. arbi. & gratia, ut ait Hieronymus & Bernardus dicit apostolum fuisse sociũ operationis. Audiantur prophetæ.

Anima mea in manibus meis semper. **Psal. 118**

Paratum cor meum deus, paratum cor **Psal. 107**
meum.

Si uolueritis & audieritis me, bona terræ **Esa. 1**
comedetis, quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos.

Redite præuaricatores ad cor. **Esa. 46**

Ecce locuta es & fecisti mala, & potuisti. **Here. 3**

DE LIBERO

- Ezech. 11. Projicite a uobis oēs iniquitates uestras in quibus prauaricati estis, & facite uobis cor nouum & spiritum nouum, & quare morie mini domus Israel, quia nolo mortem morientis dicit dominus deus, Reuertimini & uiuite, Et antea dixerat. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis &c. in iustitia sua quam operatus est uiuet, operatur ergo, non solum recipit iustitiam.
- Zach. 1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad uos, ait dominus exercituum.
- Matt. 23. Hierusalem quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Deo uolente homo non uult per li. arbi.
- Mat. 16. Si uis ingredi ad uitam serua mandata. Cum multis similibus.
1. Cor. 14. Spiritus prophetarum prophetis subiectis est.
1. Ioan. 3. Omnis qui habet spiritum hanc in ipso (deo) sanctificat se, sicut ille sanctus est, ecce li. ar. & eius actiuitatem, & Augusti. ibi. uidete, quomodo non abstulit li. arbi. infra, quia agis aliquid uoluntate, ideo tibi aliquid tributum est, ut dicas sicut psal. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, si dicis adiutor meus es, aliquid agis, nam si nihil agis, quomodo ille adiuuat.
1. Pet. 1. Simile dicit sanctus Petrus. Animas uestras castificantes in obedientia charitatis,

ARBITRIO XXX

in fraternitatis amore, simplici ex corde in-
uicem diligite. Si ergo debemus nos sancti-
ficare, animas nostras castificare, id non fiet
sine li. arbi. neq; sine actione liberi arbitrii.

Et in conspectu eius suadebimus corda 1. Ioan. 3
nostra, quomodo aut suaderet sine libero
arbitrio, aut quæ utilitas suasionis, si oia ne-
cessario eueniunt, ut insanit Lutter.

Porro si libero caremus arbitrio, & oia
absoluta necessitate eueniunt, nihil relinqui-
tur precibus, consilijs, regiminibus publi-
cis, deliberationibus, nulla debentur præ-
mia uirtutibus, nullæ pœnæ uicijs, pereunt
leges, iura, statuta, præcepta, Cessant admo-
nitiones, persuasiones, illices &c. nam hæc
omnia libertatem exigunt, necessitate autē
cassantur. Et in summa hoc est omnia flagi-
tia, & scelera, impietates ac blasphemias in
deum referre. Nam quis imputabit Iudæi
proditionem, quam inuitabili necessitate
commisit &c.

Contra dicit dominus.

Arguet te malitia tua, & auersio tua incre- Hiere. 2
pabit te.

Perditio tua Israel, tantūmodo in me au- Osee. 13
xilium tuum.

Ois scriptura diuinitus inspirata, utilis est 2. Tim. 3
ad docendum, ad arguendum, ad corripi-

DE LIBERO

endum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Si omnia necessario fiunt, quid prodest docere, arguere, corripere, erudire. Si liber nihil facit, quid prodest hominem esse instructum ad opus bonum. Vnde Ludder ex hominibus uult facere truncos & stipes.

Hieronymus affirmat sibi hoc studium fuisse, ut omnipotentiam dei simul cum libero arbitrio astrueret, simile dicit Ambrosius de uocatione gentium li. 1. ca. 3.

Augustinus in pluribus locis, maxime tamen libro 3. hiponosticon, ubi inter alia inquit. Liberum arbitrium inesse hominibus certa fide credimus, & predicamus indubitanter. Sic Origenes, Chrysostomus, Basilus, Theophilactus (cui ob id iniquior est Oecolampus) omnes astruxerunt li. arbi.

Gregorius Nissenus fatum inuitabile Stoicorum destruit, & liberum arbitrium actuum euidentissime commonstrat.

Cyprianus ad Cornelium li. 1. epistola 3. Christus dixit ad apostolos Nunquid & uos uultis abire? seruans scilicet legem, qua homo libertati suae relictus & in arbitrio proprio constitutus, sibi metipsum uel mortem appetit, uel salutem.

Bernardus est totus in hac sententia, in peculiari libro de libero arbitrio & gratia.

ARBITRIO XXX

Obijciunt Hæretici.

- 1 Baptista dixit. Nō potest homo accipere quicquā nisi fuerit ei datū de cœlo. Ioan. 3
- 2 Omne datū & donum perfectū, desursum est descendens a patre luminum. Iac. 2
- 3 Omnis sufficientia nostra ex deo est. 2. Cor. 3
- 4 Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis. 1. Cor. 4
- 5 Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo, cum miserebor, igitur non uolentis, neq; currentis, sed miserantis est dei, Ergo cuius uult miseretur, & quem uult indurat. Roma. 9.
- 6 Quare errare nos fecisti domine de uis tuis, indurasti cor nostrū, ne timeremus te. Esa. 63
- 7 Nunquid dicet lutum figulo suo, quid facis, & opus tuum absq; manibus est. Esa. 45 Hier. 18.
- 8 Sic reliquæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt, si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia, iam non est gratia. Rom. 9 Roma. 11
- 9 Cum autem tradent uos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Mat. 10
- 10 Nonne duo passeris asse ueneunt, & ibi unus ex illis non cadet super terram sine patre meo. Ibi.

DE LIBERO

- Ioan, 6** 11 Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum.
- 12 Ecclesia orat, Deus cuius est totū, quod est optimum.
- 13 Augustinus ad Fœlicianum, dum deus remunerat merita nostra, coronat dona sua
- 14 Bernardus. Liberum arbitrium est tantum capax salutis.
- 15 Porro extollere hoc modo li. arbi. quasi aliquid possimus ex uiribus nostris est heresis Peligiani, nam li. arbitri. ante gratiam nihil potest nisi peccare, ideo scolastici ponentes meritū cōgrui sunt noui Pelagiani.

Respondent Catholici.

Fatentur ante omnia deum esse primam causam omnium rerum, & nihil sine ipso fieri posse, unde ad omnem effectum naturalem influit generaliter, sed ad operationes bonas rationalis creaturæ concurret etiam speciali influxu. Dein fatentur, li. arbi. ex se solo non posse in bonum & nihil esse, sed gratia dei facit ut aliquid possit, ideo nullus homo ex se cogitat aliquid boni, sed ex gratia dei speciali.

Tertio dicunt hoc non solū intelligi de gratia quæ est charitas, & gratum facit deo, sed etiam de motione gratuita præuia, quæ

ARBITRIO XXX

Deus inspirat, pulsat, & uocat hominem ad bonum.

Ideo diligenter est attendendum, quid solius dei, quid dei & li. arbi. simul, Quod significantissime Augustinus, aut quis alius ca. 21 eruditus autor in libro de ecclesiasticis dogmatibus expressit, dicens. Initium salutis nostræ deo miserante habemus (ecce primus gradus solius dei) ut acquiescamus saluari inspirationi, nostræ potestatis est (en secundum gradum, qui est li. arbi. & ibi est meritum congrui) ut adipiscamur q̄ acquiescendo inspirationi, cupimus, diuini muneris est (ecce gradum tertium gratiæ gratum facientis) ut non labamur in adepro salutis munere, nostræ potestatis est, & diuini pariter adiutorij. Quartus iste gradus perseuerantiæ pendet ex gratia dei & li. arbi. simul.

Fatemur bonum non nisi deo datore accipi, sed aliqua dat agente li. arbi. aliqua sine illius actione. De pri:

Ita fatemur merita nostra esse dona dei & data a deo, præueniente, cooperante, & subsequente, sed non negatur per hoc li. arbi. concurrere actiue ad merita. De 2

De Tertio, Quarto & Quinto similiter dicatur, nã deus ex misericordia præuenit li. ar. mouendo, misericorditer cooperat̄ adiuuando. De 3

DE LIBERO

- De 6** Populus peccans non facit deum autorem peccati & erroris. Itaque intelligatur fecisti, id est permisisti, Sic indurasti id est indurari permisisti, iuxta communem theoricam, sed per hoc non euacuatur actiuitas li. arbi.
- De 7** Fatemur nullum hominem debere rebel-
lare aut superbire contra opificem, sicut nec instrumentum contra artificem, omnis enim creatura est instrumentum diuinæ potentie sed per hoc non auferitur li. arbi.
- De 8** Saluantur boni ex gratia non ex operibus, intelligas exclusa gratia, quia opera nihil sunt sine gratia, non enim sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis ait Paulus.
- Rom. 8**
De 9 Aufert anxiam sollicitudinem præcogitandi, Et secus est de scientia apostolorum, quia illa erat infusa, & li. ar. habebat se passive, secus de operibus li. ar. quæ simul cum gratia operatur.
- De 10** Stultus Melanchton, qui hoc dictum lacerat contra li. arbi. cum omnis homo uideat Christum uelle omnia esse subiecta prouidentie dei.
- De 11** Afferimus tractum patris per gratiam præuenientem & cooperantem, sed a quiescere tractioni, & non indurare corda nostra, si uocem eius audierimus, hoc est liberum ar.
- De 12** Admittimus totum esse a deo, non solum

ARBITRIO XXX

in optimis, sed etiam in omnibus creaturis
sed per hoc causæ naturales non excludun-
tur, ita nec in moribus li. ar. Alias rotundæ
dixi, meritum est totū a deo, sed non totali-
ter, hoc clare intelligit bonus physicus.

Merita nostra sunt dona dei, imo omnia De 13
bona quæ accepimus temporalia sunt do-
na dei, sicut Iob ait, sed per hoc non excludi-
tur actiuitas liberi arbitrii sicut nec gignitio
bouis aut equi, fructificatio agri &c.

Li. arbi. est tantū capax salutis id est gra- De 14
tiæ, ibi enim habet se pure passiuæ, at quod
dictum est de gratia, hæreticus Carlstadius
torquet ad opera meritoria.

Non sunt Pelagiani ecclesiastici patres, De 15
neq; scolastici, non enim negant peccatum
originale, non dicunt hominem ex puris na-
turalibus posse saluari, sed constanter affir-
mant gratiā necessariam, imo oportet gra-
tiam præuenire operationem li. arbi. Et re- Act. 10
cte asseritur meritum congrui, sicut de Cor-
nelio Centurione liquet, cuius elemosynas
deus respexit, & gratiam cōtulit spiritus san-
cti. Non ergo sumus noui Pelagiani, sed hæ-
reticus est antiquus, stupidus, stoicus, Et
Manichei posthumus. Lutterus cum Carl-
stadio, Urbano, & Pillicano.

Vide quæ scripsimus in Carlstadium &
in opere peculiari de li. arbi. Vide Cocleū
Alphonsum a uilla sancta,
& Erasmū.

F I N I S.

Augustinus super Can. Ioan.
Omnia quæ leguntur in scripturis san-
ctis ad instructionem & salutem nostram,
intente oportet audire, maxime tamen me-
moriam commendanda sunt, quæ aduersus
hæreticos ualent plurimum, quorum insi-
diæ infirmiores quosq; & negligentiores
circumuenire non cessant.


EXCVSVM TVBINGAE

per Hulderichum Morhar-
dum. An. M. D.

XXVII. Men-

se Mar-

tio.



^{quo}
Veritas manifestata est ad quoscumque.

Circa:
Nec constantibus impedire debet, quo
minus veritas promoveatur et virtus



¶ 15

Ita sed in consilio veritatis, et in iuri
qua sequitur non in verbo

sed in re, et effectibus, et in consensu
de veritate, ad effectum, et in re
magna, et in re magna, et in re magna

Ad hunc actum malis: et in re magna
quia hoc habet effectum, et in re magna
lingua de re, et in re magna, et in re magna
sicut in re magna, et in re magna





ENCHIRIDION LO
corū cōmunium aduersus
Lutheranos. Ioanne
Eckio autore.

Ephē. 6
In omnibus sumentes scutū fi-
dei, in quo possitis oīa tela ne-
quissimi ignea extinguere.

Ab autore iā quarto recogni-
tum & tribus locis auctum,
& a pluribus mendis Cal-
lographi emunctū.

TVBINGAE.